eius. sed ut manifestentur opera dei in illo. Me oportet
operari opera eius qui misit me. donec dies est. Venit nox
quando nemo potest operari. Quamdiu in mundo sum. lux
sum mundi. Hec cum dixisset. exspuit in terram. et fecit
lutum ex sputo. et linuit lutum super oculos eius. et dixit
ei. Vade lauare in natatoria siloe. quod interpretatur missus.
Abiit ergo et lauit. et uenit uidens. Vicini ergo et qui
videbant eum prius quia cecus erat dicebant. Nonne hic est
qui sedebat et mendicabat. Alii dicebant. Quia hic est.
Alii autem. Nequaquam. sed similis est ei. Ille autem dicebat
quia ego sum. Dicebant ergo ei. Quomodo aperti sunt oculi
tui. Respondit ille et dixit. Homo qui dicitur ihc lutum fecit
et unxit oculos meos. et dixit mihi. Vade ad natatoriam
siloe et lauare. Abii ergo et laui. et uidi. Et dixerunt ei.
Vbi est ille. Ait. Nescio. Adducunt eum qui fuerat
aliquando cecus ad pharisaeos. Erat autem sabbatum
quando lutum fecit ihc. et aperuit oculos eius. Iterum
ergo interrogabant eum pharisaei quomodo uidisset. Qui
dixit eis. Lutum posuit super oculos meos. et lauabar.
et uideo. Ergo dicebant ex pharisaeis quidam. Non est
hic homo a deo. qui sabbatum non custodit. Alii dicebant.
Quomodo potest homo peccator hec signa facere. Et
scisma erat in eis. Dicunt ergo cecus iterum. Tu quid
dicis de eo. qui aperuit oculos tuos. Dixit quia propheta
est. Non credidit ergo iudeus de illo quia cecus fuisset
et uidisset. donec uocauit parentes eius qui uiderant
eum. Et interrogauerunt eos dicentes. Hic est filius
uester. quem vos dicitis quia cecus natus est. Quomodo
ergo modo uidet. Responderunt parentes eius et dixerunt.
Scimus quia hic est filius noster. et quia cecus natus est.
Quomodo autem modo uidet. nescimus. aut quis eius
aperuit oculos nos nescimus. Ipse etate habet. ipse de se
loquetur. Hec dixerunt parentes eius quoniam timebant
iudeos. Iam enim conspirauerant iudei. ut si quis eum
confessus esset christum. extra synagogam fieret. Propterea
parentes eius dixerunt. quia etatem habet. ipsum interrogate.
Vocauerunt ergo iterum hominem qui fuerat cecus. et
dixerunt ei. Da gloriam deo. nos scimus quia homo hic
peccator est. Dixit ergo eis ille. Si peccator sit nescio.
unum scio. quia cecus cum essem modo uideo. Dixerunt
ergo illi. Quid fecit tibi. quomodo aperuit oculos tuos.
Respondit eis. Dixi uobis iam et audistis. quid iterum
uultis audire. Numquid et uos uultis discipuli eius fieri.
Maledixerunt ergo ei et dixerunt. Tu discipulus illius sis.
nos autem discipuli moysi sumus. Nos scimus quia moysi
locutus est deus. hunc autem nescimus unde sit. Respondit
homo et dixit eis. In hoc enim mirabile est. quod vos
nescitis unde sit. et aperuit oculos meos. Scimus autem
quia peccatores deus non audit. sed si quis dei cultor est
et uoluntatem eius facit. hunc exaudit. A seculo non
audit. quia aperuit quis oculos cecui nati. Nisi esset hic
a deo. non poterat facere quicquam. Responderunt et
dixerunt ei. In peccatis tu natus es totus. et tu doces nos.
Et eiecerunt eum foras. Audiuit ihc quia eiecerunt eum
foras. et cum inuenisset eum. dixit ei. Tu credis in filium
dei. Respondit ille et dixit. Quis est domine ut credam in
eum. Dixit ei ihc. Et uidisti eum. et qui loquitur tecum
ipse est. Ille autem ait. Credo domine. et procidens adorauit
eum. Et dixit ihc. In iudicium ego in hunc mundum
uenio. ut qui non uident uideant. et qui uident. ceci fiant.
Et audierunt ex pharisaeis qui cum ipso erant hec verba.
et dixerunt ei. Numquid et nos cecimus. Dixit eis ihc.
Si cecimus essetis. non haberetis peccatum. nunc autem
dicitis quia uidemus. peccatum uestrum manet. Amen
amen dico vobis. qui non intrat per ostium in ouile ouium.
sed ascendit aliunde. ille fur est et latro. Qui autem intrat
per ostium. pastor est ouium. Huic ostiarius aperit. et
oues uocem eius audiunt. et proprias oues uocat nominatim.
et educit eas. Et cum proprias oues emiserit. ante eas
uadit. et oues illum sequuntur. quia sciunt uocem eius.
Alienum autem non sequuntur. sed fugiunt ab eo. quia non
nouerunt alienorum uocem. Hoc proverbium dixit eis ihc.
Illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis. Dixit
ergo eis iterum ihc. Amen amen dico vobis. quia ego sum
ostium ouium. Omnes quotquot uenerunt fures sunt et
latrones. et non audierunt eos oues. Ego sum ostium.
per me si quis introierit. saluabitur. et ingredietur et
egredietur. et pascua inueniet. Fur non uenit nisi ut furetur
et mactet et perdat. Ego ueni ut uitam habeant. et abundantius
habeant. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor
animam suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autem
et qui non est pastor. cuius non sunt oues propria. uidet
lupum uenientem. et dimittit oues et fugit. et lupus rapit
et dispergit oues. Mercenarius autem fugit. quia mercenarius
est. et non pertinet ei de ouibus. Ego sum pastor bonus.
et cognosco meas. et cognoscunt me meae. Sicut nouit me
pater. et ego agnosco patrem. et animam meam pono pro
ouibus meis. Et alias oues habeo quae non sunt ex hoc
ouili. et illas oportet me adducere. et uocem meam audient.
et fiet unum ouile. et unus pastor. Propterea me pater
diligit. quia ego pono animam meam. ut iterum sumam
eam. Nemo tollit eam a me. sed ego pono eam a me
ipso. Potestatem habeo ponendi eam. et potestatem habeo
iterum sumendi eam. Hoc mandatum accepi a patre meo.
Dissensio ergo facta est iterum inter iudeos propter hos
sermones. Dicebant autem multi ex ipsis. Demonium habet
et insanit. quid eum auditis. Alii dicebant. Hec uerba non
sunt demonium habentis. Numquid demonium potest
ceculos aperire. Factum autem tunc encenia in hierusalem.
et hiems erat. Et ambulabat ihc in templo in porticu
salomonis. Circumdederunt ergo eum iudei. et dicebant
ei. Quousque animam nostram tollis. Si tu es christus.
dic nobis palam. Respondit eis ihc. Loquor uobis. et non
creditis. Opera que ego facio in nomine patris mei. hec
testimonium perhibent de me. Sed uos non creditis. quia
non estis ex ouibus meis. sicut dixi uobis. Oues meae
uocem meam audiunt. et ego cognosco eas. et sequuntur
me. Et ego uitam eternam do eis. et non peribunt in
eternum. et non rapiet eas quisquam de manu mea.
Pater meus quod dedit mihi. maius omnibus est. et nemo
potest rapere de manu patris mei. Ego et pater unum
sumus. Sustulerunt ergo lapides iudei ut lapidarent eum.
Respondit eis ihc. Multa opera bona ostendi uobis ex
patre meo. propter quod eorum opus me lapidatis. Responderunt
ei iudei dicentes. De bono opere non lapidamus te.
sed de blasphemia. et quia tu homo cum sis. facis te ipsum
deum. Respondit eis ihc. Nonne scriptum est in lege
uestra. quia ego dixi dii estis. Si illos dixit deos ad quos
sermo dei factus est. et non potest solui scriptura. quem
pater sanctificauit et misit in mundum. uos dicitis quia
blasphemas. quia dixi filius dei sum. Si non facio opera
patris mei. nolite credere mihi. Si autem facio. et si mihi
non uultis credere. operibus credite. ut cognoscatis et
credatis quia pater in me est. et ego in patre. Quaerebant
ergo eum iterum apprehendere. et exiuit de manibus eorum.
Et abiit iterum trans iordanem in locum ubi erat iohannes
baptizans primum. et mansit ibi. Et multi uenerunt ad
eum. et dicebant quia iohannes quidem signum fecit unum.
omnia autem quecumque dixit iohannes de hoc uero. uera
erant. Et crediderunt multi ibi in eum. Erat autem
quidam languens lazarus a bethania. de castello marie et
marthe sororis eius. Maria autem erat que unxit dominum
unguento. et detersit pedes eius capillis suis. cuius frater
lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores eius ad eum
dicentes. Domine. ecce quem amas infirmatur. Audiens
autem ihc dixit. Infirmitas hec non est ad mortem. sed
pro gloria dei. ut glorificetur filius dei per eam. Diligebat
autem ihc martham et sororem eius et lazarum. Ut ergo
audiuit eum infirmari. tunc quidem mansit in eodem loco
duobus diebus. Deinde post hoc dixit discipulis suis.
Eamus in iudeam iterum. Dicunt ei discipuli. Rabbi nunc
querebant te lapidare iudei. et iterum uadis illuc. Respondit
ihc. Nonne duodecim sunt horae diei. Si quis ambulauerit
in die non offendit. quia lucem huius mundi uidet. Si
autem ambulauerit in nocte offendit. quia lux non est in
eo. Hec dixit. et post hec dicit eis. Lazarus amicus noster
dormit. sed uado ut a somno excitem eum. Dixerunt ergo
discipuli eius. Domine si dormit. saluus erit. Dixerat
autem ihc de morte eius. Illi autem putauerunt quod de
dormitione somni diceret. Tunc ergo dixit eis ihc palam.
Lazarus mortuus est. et gaudeo propter uos ut credatis.
quia non eram ibi. Sed eamus ad eum. Dixit ergo thomas
qui dicitur didymus. ad condiscipulos suos. Eamus et nos
ut moriamur cum eo. Venit ergo ihc et inuenit eum
quatriduum iam habentem in monumento. Erat autem
bethania iuxta hierusalem quasi stadiis quindecim. Multi
autem de iudeis uenerant ad martham et mariam. ut
consolarentur eas de fratre suo. Maria ergo cum audisset
quia ihc uenit. obuiam ei uenit. Maria autem domi sedebat.
Dixit ergo martha ad ihc. Domine si fuisses hic. frater
meus non fuisset mortuus. Sed et nunc scio quia quecumque
poposceris a deo. dabit tibi deus. Dicit ei ihc. Resurget
frater tuus. Dicit ei martha. Scio quia resurget in
resurrectione in nouissimo die. Dixit ei ihc. Ego sum
resurrectio et uita. Qui credit in me. etiam si mortuus
fuerit. uiuet. Et omnis qui uiuit et credit in me. non
morietur in eternum. Credis hoc. Ait illi. Vtique domine.
ego credidi quia tu es christus filius dei uiui. qui in hunc
mundum uenisti. Et cum hec dixisset. abiit et uocauit
mariam sororem suam silentio dicens. Magister adest et
uocat te. Illa ut audiuit surgit cito et uenit ad eum.
Nondum enim uenerat ihc in castellum. sed adhuc erat in
illo loco ubi occurrerat ei martha. Iudei ergo qui erant
cum ea in domo et consolabantur eam. cum uidissent
mariam quia cito surrexit et exiuit. secuti sunt eam.
dicentes. Quia uadit ad monumentum ut ploret ibi.
Maria ergo cum uenisset ubi erat ihc. uidens eum cecidit
ad pedes eius. Dixit ergo ei. Domine si fuisses hic. non
esset mortuus frater meus. Ihc ergo ut uidit eam plorantem
et iudeos qui uenerant cum ea plorantes. infremuit spiritu
et turbauit se ipsum. Et dixit. Vbi posuistis eum. Dicunt
ei. Domine. uenite et uide. Et lacrimatus est ihc. Dixerunt
ergo iudei. Ecce quomodo amabat eum. Quidam autem ex
ipsis dixerunt. Non poterat hic qui aperuit oculos cecui
facere. ut et hic non moreretur. Ihc ergo rursum fremens
in semetipso. uenit ad monumentum. Erat autem spelunca.
et lapis superpositus erat ei. Ait ihc. Tollite lapidem.
Dicit ei martha soror eius. Domine iam fetet. quatriduanus
enim est. Dicit ei ihc. Nonne dixi tibi quoniam si credideris
uides gloriam dei. Tulerunt ergo lapidem. Ihc autem
eleuatis deorsum oculis dixit. Pater gratias ago tibi quoniam
audisti me. Ego autem sciebam quia semper me audis.
sed propter populum qui circumstat dixi. ut credant quia
tu me misisti. Et cum hec dixisset. uoce magna clamauit.
Lazare ueni foras. Et prodiit qui fuerat mortuus. ligatis
manibus et pedibus institis. et facies illius sudario erat
ligata. Dicit eis ihc. Solite eum et sinite abire. Multi
ergo ex iudeis qui uenerant ad mariam et martham et
uiderant quae fecit ihc. crediderunt in eum. Quidam autem
ex ipsis abierunt ad pharisaeos. et dixerunt eis quae fecit
ihc. Congregauerunt ergo pontifices et pharisaei concilium
et dicebant. Quid facimus quia hic homo multa signa facit.
Si dimittimus eum sic. omnes credent in eum. et uenient
romani et tollent nostrum et locum et gentem. Unus autem
ex ipsis caiphas nomine. cum esset pontifex anni illius.
dixit eis. Vos nescitis quicquam. Nec cogitatis quia expedit
uobis ut unus moriatur homo pro populo. et non tota gens
pereat. Hoc autem a semetipso non dixit. sed cum esset
pontifex anni illius. prophetauit quod ihc moriturus erat
pro gente. Et non tantum pro gente. sed ut filios dei qui
erant dispersi congregaret in unum. Ab illo ergo die
cogitauerunt ut interficerent eum. Ihc ergo iam non
palam ambulabat apud iudeos. sed abiit inde in regionem
iuxta desertum. in ciuitatem que dicitur effrem. et ibi
morabatur cum discipulis suis. Et appropinquabat pascha
iudeorum. et ascenderunt multi de regione ante pascha
ut sanctificarent se. Quaerebant ergo ihc. et dicebant
ad inuicem stantes in templo. Quid putatis quia non
ueniet ad diem festum. Dederunt autem pontifices et
pharisaei mandatum ut si quis cognouerit ubi sit. indicet.
ut comprehendant eum. Ihc ergo ante sex dies paschae
uenit bethaniam. ubi fuerat lazarus mortuus. quem
suscitauit ihc a mortuis. Fecerunt autem ei cenam ibi.
et martha ministrabat. lazarus autem unus erat ex
discumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram unguenti
nardi pistici. preciosi. et unxit pedes ihu. et extersit
capillis suis pedes eius. Domus autem impleta est ex
odore unguenti. Dicit ergo unus ex discipulis eius. iudas
scarioth symonis. qui eum erat traditurus. Quare hoc
unguentum non uenditum est trecentis denariis. et datum
est egenis. Dixit autem hoc non quia de egenis pertinebat
ad eum. sed quia fur erat. et loculos habens. ea que mittebantur
portabat. Dixit ergo ihc. Sine illam. ut in die
sepulture mee seruet illud. Pauperes enim semper habetis
uobiscum. me autem non semper habetis. Cognouit ergo
turba multa ex iudeis quia ibi est. et uenerunt non propter
ihc tantum. sed ut lazarum uiderent quem suscitauit a
mortuis. Cogitauerunt autem principes sacerdotum ut et
lazarum interficerent. quia multi propter illum abibant ex
iudeis. et credebant in ihm. In crastinum autem turba
multa quae uenerat ad diem festum. cum audisset quia
uenit ihc hierosolimam

Est autem hierosolimis ꝓbatica piscina· que cogno
minabatur hebraice bethsaida· quinq; porticus habens
In his iacebat multitudo magna languentium ceco-
rum claudorum expectantium aque motum· Angelus
aut dñi secm tempus descendebat in piscinam· &
mouebatur aqua· Et qui prior descendisset in pis
cinam post motionē aque· sanus fiebat aquacūq;
detinebatur infirmitate· Erat autem quidam ho
mo ibi triginta et octo anno habens infirmitate·
Hunc cum uidisset ihc̄ iacentē· et cognouisset qua
iam multū tempus haberet· dicit ei· Vis sanus fieri·
Respondit ei languidus· Dne· hominē non habeo·
ut cum turbata fuerit aqua mittat me in piscinam·
Dum uenio enim ego· alius ante me descendit· Dic
it ihc· Surge tolle grabatum tuum· et ambula·
Et statim factus ē sanus homo· et sustulit grabatū
suum· et ambulabat· Erat autem sabbatum in illo
die· Dicebant uero illi qui sanatus fuerat· Sabbati
ē non licet tibi tollere grabbatum tuum· Respon

du Quime ſanum fecit· ille mihi dixit· tolle grabatū
tuum et ambula· Interrogabam ergo eum· Quis eſt ille
homo qui dixit tibi tolle grabatum tuum et ambula·
Is autē quisnam fuerit effectus· nescieba.t quis esset· Ihc
autē· declinauit turba constituta in loco· Postea in
uenit eum Ihc in templo· et dixit illi· Ecce sanus fact⁹
es· iam noli peccare· ne deterius tibi aliquid contingat
Abiit ille homo et nunciauit iudeis· quia Ihc esset· q̄
fecit eum sanum· SABBATO
H illo tempore· SCD̄M· MATH·
Assumpsit Ihc̄ petrum et iacobum et iohannem fra
trem eius· et duxit illos in montē excelsum seorsum et
transfiguratus ē ante eos· Et resplenduit facies eius sicut
sol· uestimenta autē eius facta sunt alba sicut nix·
Et ecce apparuit illis moyses et helias cum eo loquen
tes· Respondens autē petrus· dixit ad Ihm· Dnē· bo
num ē nos hic esse· Si uis faciamus hic tria tabernā
cula· tibi unum· et moysi unum· et elię unum·
Adhuc eo loquente· ecce nubes lucida obūbrauit

cos. Et ecce uox decelis dicens: Hic ē filius meus dilectus
in quo mihi cōplacui ipsum audite. Et audientes dis
cipuli ceciderunt in facies suas et timuerunt valde.
Et accessit ihc̄ et tetigit eos dixitq; eis: Surgite: nolite
timere; leuantes aut̄ oculos suos: neminem uiderunt
nisi solum ihm. Et descendentib; illis de monte: p̄cepit
ihc dicens: Nemini dixeritis uisionē: donec filius hom
nis: a mortuis resurgat. DOM̄ · II · IN XL̄ ·
H ill o tempore: S C D M̄ · MATH ·
Egressus ihc̄: secessit in partes tyri et sidonis. Et ecce
mulier chanaea a finib; illis egressa: clamauit dicens ei.
Miserere mei dn̄e fili dauid: filia mea male a demonio
uexatur. Qui non respondit ei uerbum. Et accedentes dis
cipuli eius: rogabant eum dicentes: Dimitte eam: quia
clamat post nos. Ipse aut̄ respondens ait: Non sum missus
nisi ad oues que perierunt domus israhel. At illa uenit:
et adorauit eum dicens: Dn̄e: adiuua me. Qui respondens:
ait illi: Non ē bonum sumere panem filiorum: et mit
tere canib; At illa dixit: Etiam dn̄e. Nam et catelli edunt

demas· que cadum demensa dominorum suorum· Te
respondens ihc̄ an illis· Mulier· magna ē fides tua· fiat tibi
sicut uis· Et sanata est filia illius ex illa hora·

In illo tempore· Scd̄· iv cam·

Profectus ihc̄· per gredieb.atur galileam nec uolebat quē-
quam scire· Docebat aut̄ discipulos suos· et dicebat illis·
Quō filius hominis tradetur in manus hominum et oc
cident eum· et occisus tercia die surget· At illi ignorabant
uerbum· et timebant eum interrogare· Et uenerunt caphar
naum· Quicum domi essent· interrogabat eos· Quid inter
tractabatis· At illi tacebant· Siquidem inter se uias dis
putauerant· quis esset illorum maior Et residens uocauit
duodecim· et ait illis· Si quis uult primus ee· erit oīm̄
nouissimus et oīm̄ minister· Et accipiens puerum· statuit
eum in medio eorum· Quē cum plexus ee· ait illis· Quisqis
unum exhuiusmodi pueris receperit in nomine meo· me
receperit Et quicumq; me susceperit· non me suscipit
sed eum qui me misit· Respondit illi iohannes· dicens·
Magister· uidimus quendam in nomine tuo eiicientem

demonia qui non sequitur nos ea phibuimus eum. hc
autem au. Nolite phibere eum. Nemo est enim qui facit
uirtutē in nomine meo. et possit cito male loqui de me.
Qui enim non est aduersū uos. pro uobis est. Quis quis enī
potum dederit uobis calicem aquę in nomine meo q̄z
xp̄i estis. Amen dico uobis. non p̄det mercedem suam
In illo tempore. fr̄. ii. scd̄ Iohannē
Dixit hc turbis iudeorum. Ego uado et quaretis me.
et in peccato urō moriemini. Quo ego uado uos non
potestis uenire. Dicebant ergo iudei. Numquid inter
ficiet semet ipsum quia dicit quo ego uado uos non
potestis uenire. Et dicebat eis. Vos de deorsum estis.
ego de sup missum. Vos de mundo hoc estis. ego non sum
de hoc mundo. Dixi ergo uobis. quia moriemini in pec
catis urīs. Si enim non credideritis quia ego sum. mo
riemini in peccato urō. Dicebant ergo ei. Tu quis es.
Dixit eis hc. Principium. qui et loquor uobis. Multa
habeo de uobis loqui et iudicare. sed qui misit me uerax
est. & ego quę audiui ab eo hęc loquor in mundo. Et

non cognouerunt · quia patrem eſ dicebat dñ· Dixit
ergo eſ ihē· Cum exaltaueritis filium hominis· tunc cog
noscetis quia ego sum· et ame ipso facio nihil· Sed sicut
docuit me pat̄· hęc loquor· Et qui mesit mecū ē· et ñ
reliquid me solum· Quia ego que placita sunt ei· facio
semp· FERIA TERTIA · SCĪ MATH·
IN illo tempore·
Locutus est ihē ad turbas· et ad discipulos suos dicens·
Super cathedram mosi sederunt scribe et pharisei· Omā
ergo quecumq dixerint uobis seruate et facite· Sedm
opera uero eorum· nolite facere· Dicunt enim· et non faci
unt· Alligant autem onera grauia et inportabilia et im
ponunt inhumeros hominum· digito aut̄ suo nolunt
amouere· Omā uero opera sua faciunt· ut uideantur
ab hominib· Dilatant enim philacteria sua· et magni
ficant fimbrias· Amant aut̄ primos recubitus in cenis·
et primas cathedras· in sinagogis et salutationes in foro &
uocari ab hominib· rabbi· Vos aut̄ nolite uocari rabbi
Unus ē enim magister ur· Omes aut̄ uos· frēs estis· Et patrem

nolite uocare uobis sup terram. Unus ē enim pater ur
qui me ḡlis est. Nec uocemini magistri. quia magister
ur unus ē xp̄c. Qui maior ē urm. erit minister ur.
Qui autem se exaltauerit. humiliabitur. Et qui se hu
miliauerit. exaltabitur. FERIA QUARTA.
IN ILLO TEMPORE. SECUNDUM MTH.
Ascendens ihc hierosolimam. assumpsit duodecim
discipulos suos secreto. et ait illis. Ecce ascendimus hie
rosolimam. et filius hominis tradetur principib. sacer
dotum et scribis. et condempnabunt eum morti. Et
tradent eum gentib. ad deludendum. et flagellandum
et crucifigendum. et tertia die resurget. Tunc accessit
ad eum mr filiorum zebedei. cum filiis suis. adorans
et petens aliquid abeo. Quid vis ait illi. At
illi. Dic ut sedeant hi duo filii mei. unus ad dexteram
tuam et unus ad sinistram in regno tuo. Respondens
autem ihc. dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicē
quem ego bibiturus sum. Dicunt ei possumus. Ait illis
Calicem quidem meum bibetis. sedere aut ad dexteram

meam et sinistram non est meam dare uobis: Sed
quib; paratum est a patre meo. Et audientes decem
indignati sunt de duob; fratrib; ihe. Qui uocauit eos
ad se et ait Scitis quia principes gentium dominan
tur eorum. et qui maiores sunt potestatem exercent in
eos. Non ita erit inter uos: Sed quicumq; uoluerit in
ter uos maior fieri: sit ur minister. Et qui uoluerit
inter uos primus esse: erit ur seruus: Sicut filius ho
minis non uenit ministrari: sed ministrare Et dare
animam suam: redemptionem pmultis. FRIA V.
HILLOTE MAIORE. SCDM. LVCAM.
Dixit ihe discipulis suis parabolam hanc Homo
quidam erat diues: et induebatur purpura et bysso
et epulabatur cotidie splendide: Et erat quidam men
dicus nomine lazarus: qui iacebat ad ianuam eius ul
cerib; plenus cupiens saturari de micis que cadebant
de mensa diui: Sed et canes ueniebant: et lingebant
ulcera eius: Factum est autem ut moreretur mendicus
et portaretur ab angelis in sinum habrahe: Mortuus

est aut̄ a dñe: et sepultus est in inferno· Eleuans
aut̄ oculos suos cum esset in tormentis uidit abraham
alonge: et lazarum in sinu eius· Et ipse damans dixit·
P.ř̄ abraham miserere mei· et mitte lazarum ut intinguat
extremum digiti sui in aqua ut refrigeret linguam meā
quia crucior in hac flamma· Et dixit illi abraham· fili·
recordare· quia recepisti bona in uita tua· et lazarus sim
liter mala· Nunc aut̄ hic consolat̄· tu uero cruciaris· Et
in his oīb; inter nos et uos chaos magnum firmatum est·
ut hi qui uolunt hinc transire· ad uos non possint· neq;
indehuc transmeare· Et ait· Rogo ergo te p.ř̄· ut mittas
eum in domum patris mei· Habeo enim quinq; frēs· ut
testetur illis· ne et ipsi ueniant in locum hunc tormen
torum· Et ait illi abraham· Habent moysen et ꝓphetas·
audiant illos· At ille dixit· Non p.ř̄ abraham· sed si quis
ex mortuis ierit ad eos penitentiam agent· At autem
illi· Si moysen et ꝓphetas non audiunt· neq; si quis ex
mortuis resurrexerit credent· FERIA· VI·
IN LOCO TEMPORE· SCDM· MATHEV·

Dixit ihc turbis iudeorum. Homo erat pat familias
qui plantauit uineam. et sepem circumdedit eam et edi
ficauit in ea torcular. et edificauit turrim et locauit eam
agricolis. et peregre profectus e. Cum aut tempus fruc
tuum appropinquasset. misit seruos suos ad agricolas ut ac
iperent fructus eius. Et agricole apphensis seruis eius.
alium ceciderunt alium occiderunt alium uero lapi
dauerunt. iterum misit alios seruos plures prioribus &
fecerunt illis similiter. Nouissime aut misit ad eos filiu
suum dicens. Verebuntur filium meum. Agricole aut
uidentes filium. dixerunt inuicem. Hic e heres. uenite
occidamus eum. et habebimus hereditatem eius. Et ap
phensum eum. eiecerunt extra uineam et occiderunt
Cum ergo uenerit dns uinee. quid faciet agricolis illis.
Aiunt illi. Malos male pdet. et uineam suam locabit alus
agricolis qui reddent ei fructum temporibus suis. Dic
illis ihc. Numquam legistis in scripturis lapidem quem
reprobauerunt edificantes hic factus e in caput anguli.
a dno factum e istud. et est mirabile in oculis nris. Ideo

dico uobis: qui auferetur uobis regnū dī. et dabitur ḡnī
facienti fructus eius. Et qui ceciderit sup lapidem istum
confringetur. Sup quē uero ceciderit. conteret eum. Et
cum audissent principes sacerdotum et pharisei parabo
las eius: cognouerunt quod de ipsis diceret. Et querentes
eum tenere timuerunt turbas: Quō sicut ppheam eū
habebam. SABBATO

IN illo tempore. Se cundū lucā
Dixit ihē discipulis suis parabolam hanc Homo quidā
habuit duos filios: et dixit adolescentior ex illis patri.
Pater da mihi portionem substantie: que me contingit.
Et diuisit illis substantiam. Et non post multos dies:
congregatis oīb; adolescentior filius peregre profectus ē
in regionem longinquam. et ibi dissipauit substantiam
suam uiuendo luxuriose. Et post quam oīa consū
masset: facta ē fames ualida in regione illa et ipse cepit
egere. Et abiit et adhesit uni ciuium regionis illius: et
misit illum in villam suam ut pasceret porcos. Et cupie
bat implere uentrē suum de siliquis quas porci man

mandabam· a nemo illi dabat· Ipse· autē· in se· reuersus
dixit· Quanti mercenarii in domo patris mei habun
dant panib; ego autē hic fame· pereo· Surgam· a ibo
ad patrem meum· a dicam ei· Pater peccaui in cęlum
a coram te· iam non sum dignus uocari filius tuus
facme· sicut unum de mercenarius tuis· Et surgens·
uenit ad patrē· suum· Cum adhuc longe· esset· indu
illum pater ipsius· a misericordia motus ē· Et occurrens
cecidit sup; collum eius· a osculatus ē· eum Dixit ei
filius· Pater peccaui in cęlum a coram te· iam non sū
dignus uocari filius tuus· Dixit autē· pater ad seruos
suos· Cito pferte· stolam primā a induite illum a
date· anulum in manu eius· a calciamenta in pedes eius·
Et adducite· uitulum saginatum· a occidite· a man
ducemus a epulemur· Quia hic filius meus mortuus
fuerat a reuixit· perierat a inuentus est Et ceperunt
epulari· Erat autē· filius eius senior in agro· Et cum ue
niret a appropinquaret domui· audiuit symphoniam
a chorum· Et uocauit unum de seruis· a interrogauit

que hec essent. Isq; dixit illi. Frater tuus uenit. & occidit pater tuus uitulum saginatum. quia saluum illum recepit. Indignatus e autem. & nolebat introire. Pater ergo illius egressus. cepit rogare illum. At ille respondens. dixit patri suo. Ecce tot annis seruio tibi. & num quam mandatum tuum preteriui. & num quam dedisti mihi hedum. ut cum amicis meis epularer. Sed post quam filius tuus hic qui deuorauit substantiam suam cum meretricib; uenit. occidisti illi uitulum saginatum. At ipse dixit illi. Fili tu semp mecum es. & omnia mea tua sunt. Epulari autem & gaudere oportebat. quia frater tuus mortuus fuerat. & reuixit perierat. & inuentus e.

## DOM · III · IN illo tempore. SCDM LVCAM.

Erat ihc eiciens demonium. & illud erat mutum. Et cum eiecisset demonium locutus e mutus. & admirati sunt turbe. Quidam autem ex eis dixerunt. In beelzebub principe demoniorum. eicit demonia. Et alii tentantes. signum de celo quærebant ab eo. Ipse autem ut uidit cogitationes eorum dixit eis. Omne regnum in seipsum diuisum

dęolabitur· ꝛ domus sup̄a domū cadit· Si autem ꝛ satanas
in ēpsum diuisus ē· quomodo stabit regnum ipsius qm̄a
dicitis in beelzebub· eicere me demonia· Si aut̄ ego in beel
zebub eicio demonia· Filii uř in quo eiciunt· Ideo· ipi
udices uř erunt Porro si in digito dī eicio demonia; profecto
puenit in uos regnum dī. Cum fortis armatus custodit
atrium suum· in pace sunt ea quę possidet· Si autem for
tior illo sup uenies uicerit eum· uniuersa arma eius auferet
in quib; confidebat ꝛ spolia eius distribuet Qui non ē me
cum· contra me est· Et qui non colligit mecum· dispgit· Cū
immundus sp̄s exierit ab homine· ambulat per loca inaqua
rū quęrens requiem ꝛ non inueniens dicit· Reuertar in do
mū meam· unde exiui· Et cum uenerit· inuenit scopis mun
datam ꝛ ornatam· Et tunc uadit ꝛ assumit septem alios
sp̄s nequiores se· ꝛ ingressi habitant ibi· Et fiunt nouissima
hominis illius· peiora prioribus; Factum ē aut̄ cum hęc
diceret· extollens uocem quedam mulier· de turba· dixit
illi· Beatus uř· qui te portauit· ꝛ ubera que suxisti·
At ille dixit· Quin immo beati qui audiunt uerbū dī·

Ie custodium illud; FR ·II·
H illo tempore· SCD IV CA·
Dixerunt pharisei adihm· Quanta audimus facta
in capharnaum· fac et hic in patria tua· Ait autem
Amen dico uobis· quia nemo ppheta acceptus est in
patria sua· Inuertate dico uobis· Multe uidue erat
in diebus helie in israel· quando clausum est celum annis
tribus et mensibus sex· Cum facta esset fames magna in om̄i
terra· et ad nullam illarum missus est helias· nisi in
sarepta sidonie· ad mulierem uiduam Et multi
leprosi erant in israel sub eliseo ppheta· et nemo eorum
mundatus est· nisi naaman syrus· Et repleti sunt om̄es
in synagoga ira· hec audientes· Et surrexerunt et ej-
cerunt illum extra ciuitatem· et duxerunt illum usq;
ad supciliu montis· supra quem· ciuitas illorum erat
edificata· ut precipitarent illum Ihc uero transiens·
in medium illorum ibat· FERIA ·III·
H illo tempore· SCD̄M· MATH·
Respiciens ihc discipulos suos· dixit simon petro

Si peccauerit in me frater tuus: uade & corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit. lucratus eris fratrem tuum. Si autem non te audierit. adhibe tecum adhuc unum uel duos: ut in ore duorum uel trium testium stet omne uerbum. Quod si non audierit eos: dic ecclę. Si autem ecclam non audierit. sit tibi sicut ethnicus & publicanus: Amen dico uobis: quecumq; alligaueritis sup terram. erunt ligata & in cęlo. Et quod cumq; solueritis sup terram. erunt soluta & in cęlo. Iterum dico uobis: quia si duo ex uobis consenserint sup terram de oī re. quācumq; petierint fiet illis a patre meo qui in cęlis ē. Vbi enim sunt duo uel tres congregati in nomine meo. ibi sum in medio eorum Tunc accedens petrus ad eum. dixit. Dñe quoties peccabit in me frāt meus & dimittam ei usq; septies? Dicit illi ihc. Non dico tibi septies: sed usq; septuagies septies: FERIA. IIII. SCD MATH. In illo tempore: Accesserunt ad ihm abbitrosolimis scribę & pharisei. dicentes:

Quare discipuli tuꝰ transgrediuntur traditionē seniorū.
Non enim lauant manus suas cum panem manducant
Ille autē respondens ait. Quare & uos transgredimini p̄
ceptum dei ꝓpt̄ traditionem uram̄ Nam dixit Honora
patrem & matrem. Et qui male dixerit patri uel matri
morte moriatur. Vos autē dicitis. Quicunq; dixerit
patri uel matri munus quodcunq; ē ex me tibi ꝓdest
& non honorificauit patrē suum aut matrē suam &
irritum fecistis mandatū dei ꝓpt̄ traditionem uram̄.
Hypocrite bene ꝓphetauit de uobis isaias dicens. Populus
hic labiis me honorat. cor autē eorum longe ē a me.
Sine autē causa colunt me. docentes doctrinas & man
data hominum. Et conuocatis ad se turbis. dixit eis.
Audite & intelligite. Non quod intrat os coinquinat
hominem sed quod procedit ex ore hoc coinquinat
hominem Tunc accedentes ad eum discipuli eius. dix
erunt ei. Scis quia pharisei audito hoc uerbo scandali
zati sunt. At ille respondens ait. Omnis plantacio quam
non plantauit pat̄ meus celestis eradicabitur. Sinite

illoſ ecclſiam ducel ęcorum · Ceuſ aūt ſiccco ducatū
preſter nomne ambo mfoucam eidum · Reſpondens aūt
patruſ dixit ei · Edifſere nobiſ parabolam iſtam · At ille
dixit · Adhuc et uoſſme mtellectu eſtſ · Non mtelligitſ
quia omē quod moſimat mtemtem uadit et mſecceſſum
emittitur · Quę aūt pcedum deore · decorde exeunt et
ea comquinam hominē · Decorde enim · exeunt cogita
ciones male · Homicidia · adulteria formcationeſ furta
falſa teſtimonia blaſphemię · Hęc ſunt quę comquinant
hominem · Nonlotſ autem manib; manducare · non
comquinat hominem · FERIA · V ·

¶ illo tempore · SCĪ ON IYCA

Surgens ſibe deſi-nagoga · intrauit indomum ſi-monſ
Socruſ autem ſi-moniſ tenebatur magnis febribuſ · Et
rogauerunt illum pea · Et ſtans ſup illam imperauit febri ·
i dimiſit illam · Et continuo ſurgens · mminſtrabat illiſ ·
Cum ſol autem occidiſſet · omneſ quihabebant infirmoſ
uariſ languorib · ducebam illoſ adeum · At ille ſingulſ
manuſ imponens · curabat eoſ · Exiebam aut demonia ·

amulus damana a dicenas· qua tues filius di· Et in
erqans nonsinebat ea loqui· quia scebant ipsum ẽ
xpm̃ Facta autem die egressus ibat indesertum locum
a turbe requirebant eum· Et uenerunt usq; adipsum
a dicebam illum nediscederet abeas· Quib; ille· au
Qua a alus ciuitatib; oportet me euangelizare regnũ
di· quia missus sum· Et erat pdicans· insynagogis galileę
IN illo tempore· FERIA· VI· SCD·
Ihc̃ fatigatus exinuere sedebat sic sup IO HANNE·
fontem· Hora erat quasi sexta· Venit mulier desamana·
haurire aquam· Dicit ei ihc· Da mihi bibere· discipli
eius enim abierant in ciuitatem· ut cibos emerent· Dic̃
ergo ei mulier illa samaritana· Quomodo tu udeus
cum sis bibere a me poscis que sum mulier· samari
tana· Non enim coutuntur udei samaritanis· Respon
dit ihc̃· et dixit ei· Si scires donum di· et quis est q̃
dicit tibi da mihi bibere· tu forsitan petisses abeo· a
dedisset· tibi aquam uiuam Dicit ei mulier· Dne̅
neq; in quo haurias habes et puteus altus est· Vnde

ego habet aquam mundam. Num quidnu maior es patre
nro iacob qui dedit nobis puteum. et ipe ex eo bibit
et filii eius et pecora eius. Respondit ihc et dixit ei.
Omis qui bibit ex aqua hac sitiet iterum. Qui autem
biberit ex aqua quam ego dabo ei non sitiet in etnu
Sed aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons aque salien
tis in vitam eternam. Dicit ad eum mulier. Dne da
mihi hanc aquam ut non sitiam neq veniam huc
haurire. Dicit ei ihc. Vade voca virum tuum et veni huc
Respondit mulier et dixit. Non habeo virum. Dicit ei ihc
Bene dixisti. quia non habeo virum. Quinq enim viros
habuisti. et nunc quem habes non e tuus vir. Hoc vere
dixisti. Dicit ei mulier. Dne video quia pphta es tu.
patres nri in monte hoc adorauerunt. Et vos dicitis
quia hierosolimis est locus ubi adorare oportet. Die
ei ihc. Mulier crede mihi. quia venit hora. quando
neq in monte hoc neq in hierosolimis adorabitis patre
Vos adoratis quod nescitis nos adoramus quod scimus
quia salus ex iudeis est. Sed venit hora et nunc est.

quando uer adorauerit adorabunt patrem in spū et
ueritate. Nam et pater tales quaerit qui adorent eum;
Spūs est dē et eos qui adorent eum in spū et ueritate opor
tet adorare. Dicit ei mulier. Scio quia messias uenit qui
dicitur xp̄s. Cum ergo uenerit ille adnunciabit oīa
Dicit ei ihc. Ego sum qui loquor tecum. Et continuo
uenerunt discipuli eius et mirabantur quia cum mul
ier loquebatur. Nemo tamen dixit quid quaeris aut
quid loqueris cum ea. Reliquit ergo hydriam suam
mulier. et abiit in ciuitatē. et dicit illis hominib; Venite
et uidete hominem qui dixit mihi oīa quęcumq;
feci. Num quid ipse sit xp̄s. Exierunt de ciuitate. et
ueniebant ad eum. Interea rogabant eum discipuli
dicentes. Rabbi manduca. Ille aut dixit eis. Ego cibum
habeo manducare quem uos nescitis. Dicebant ergo dis
cipuli ad inuicem. Numquid aliquis attulit ei mandu
care. Dicit eis ihc. Meus cibus est ut faciam uoluntatem
eius qui misit me. ut perficiam opus eius. Nonne uos dicitis
quod adhuc quatuor menses sunt. et messis uenit. Ecce

dico uobis· leuate oculos uros· et uidete regiones· quia
albe sunt iam ad messem· Et qui metit mercedem accipit
et congregat fructum in uitam eternam· Vt et qui semi
nat simul gaudeat· et qui metit· In hoc enim e uerbum
uerum· quia alius e qui seminat· et alius qui metit· Ego
misi uos metere· quod uos non laborastis· Alii labora
uerunt· et uos in labores eorum introistis· Ex autem
aute illa· multi crediderunt in eum samaritanorum·
ppter uerbum mulieris testimonium phibentis· quia
dixit mihi oia quecumq; feci· Cum uenissent ergo
ad illum samaritani· rogauerunt eum ut apd eos maneret·
Et mansit ibi duos dies· Et multo plures crediderunt
ppter sermonem eius· et mulieri dicebant· Quia iam ñ
ppter tuam loquelam credimus· ipsi enim audiuim
et scimus· quia hic e saluator mundi· SABBATO·
HILLO TEMPORE· SCDM· IOHM·
Perexit ihc in montem oliueti· et diluculo uero uenit
in templum· Et omis populus uenit ad eum· et sedens
docebat eos· Adducunt aut scribe et pharisei mulierē

madultero deḡhensam· et constituerunt eam in medio
et dixerunt ei· Magister· hec mulier· modo deḡhensa est
in adultero· In lege aut· mr̄is mandauit nobis huiusmodi
lapidare· Tu ergo quid dicis· Hec aut dicebant temptan
tes eum· ut possent accusare eum· Ihc aut inclinans se
deorsum· digito scribebat in terra· Cum aut pseuerarent
interrogantes eum· erexit se· et dixit eis· Qui sine peccato
ē uestrū· primus mittat in illam lapidem· Et iterum se·
inclinans· scribebat in terra· Audientes autem unus post
unum exibant· incipientes a senioribus· Et remansit solus·
et mulier in medio stans· Erigens autem se· ihc· dixit ei·
Mulier· ubi sunt qui te accusabant· Nemo te condemp
nauit· Que dixit· Nemo dne· Dixit ei ihc Nec ego te
condemnabo· Vade· iam amplius noli peccare·

HILLO TEMPORE· DOM· IIII· SCḠM·

Abiit ihc trans mare galilee· quod est IOHANNE·
tiberiadis· Et sequebatur eum multitudo magna· quia
videbant signa que faciebat sup his qui infirmabant·
Subiit ergo in montem ihc· et ibi sedebat cum discipu

ſuſ: Erat aut̄ proximum paſcha· dies feſtus iudeorum·
Cum ſublenaſſet ergo oculos ihc & uidiſſet quia multa
maxima uenit adeum· dicit adphilippum Vnde· emē·
mus panes ut manducent hi· hoc aut̄ dicebat tempta⁹
eum· Ipſe enim ſciebat· quid eſſet facturus: Reſpondit e
philippus· Ducentorum denariorum panes non ſufficiū
unt eis· ut unuſquiſq modicum quid accipiat· Dicit
e unus exdiſcipulis eius andreas frāt̄ ſ̄imonis pet̄·
Eſt puer unus hic· quihabet quinq panes ordeaceos &
duos piſces· Sedhec quidſum inter tantos· Dixit ergo ihc
Facite homines diſcumbere· Erat aut̄ fenum multū
in loco· Diſcubuerunt ergo uiri· numero quaſi quinq
milia· Accepit ergo ihc panes· & cum gr̄as egiſſet· diſtri
buit diſcumbentib; Similiter & expiſcib; quantum uo
lebant· Vt autem impleti ſunt· dixit diſcipulis ſuis: Colli
gite que ſuperauerunt fragmenta ne pereant· Collegerūt
ergo· & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorū
exquinq panib; hordeaceis· que ſup fuerunt his qui man
ducauerant· Illi ergo homines cum uidiſſent quod fecerat

I signum dicebant. Qui ubi est uere ppheta qui uenturus
est in mundum. FERIA SECUNDA.
In illo tempore. SCDM. IOHANNEM.
Prope erat pascha iudeorum & ascendit ihc hierosolimam.
Et inuenit in templo uendentes boues & columbas & num
mularios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis
omnes eiecit de templo. Oues quoq; & boues & num mularios
effudit aes & mensas subuertit. Et his qui columbas uende-
bant dixit. Auferte ista hinc. nolite facere domū patris mei
domum negociationis. Recordati uero sunt discipuli eius
quia scriptum est zelus domus tue comedit me. Respon
derunt ergo iudei & dixerunt ei. Quod signum ostendis
nobis quia hec facis. Respondit ihc & dixit eis. Solue templū
hoc & in trib. diebus excitabo illud. Dixerunt ergo iudei. Quad
raginta & sex annis edificatum est templum hoc & tu in trib.
diebus excitabis illud. Ille autē dicebat de templo corporis
sui. Cum ergo resurrexisset a mortuis recordati sunt discipuli
eius quia hoc dicebat & crediderunt scripture & sermoni
quem dixit ihc. Cum autem esset hierosolimis in pascha in

die festo· multa crediderunt in nomine· ei· videntes signa
que faciebat· Ipse· aut· ihc̄ non credebat semet ipsum eis·
eo quod nosset omes· & quia opus non erat· ut quis testimo
nium phiberet de homine· Ipse· enim sciebat· quid eet
in homine; FERIA TERTIA · SCD̄M ·
HILLOTEM PORE· IOHANNEM ·
Iam die festo mediante· ascendit ihc̄ in templum & docebat
& mirabantur· iudei dicentes· Quomodo hic litteras sit cum
non didicerit· Respondit eis ihc̄ & dixit· Mea doctrina
non est mea· sed eius qui misit me· Si quis voluerit voluntā
em eius facere· cognoscet de doctrina· utrū ex deo sit· an ego
a me ipso loquar· Qui a semet ipso loquitur· gloriam propriam
querit· Qui aut̄ gloriam eius qui misit illum· hic verax est
& iniustitia in illo non est· Nonne moses dedit vobis legē
& nemo ex vobis facit legem· Quid me queritis interficere·
Respondit turba & dixit· Demonium habes· quis te quae
rit interficere· Respondit ihc̄ & dixit eis· Vnum opus
feci· & omes mirati estis· Propter a moses dedit vobis circum
cisionem· non quia ex mose est· sed ex patribus· & in sabbato

circumcidit hominem. Si circumcisionem accipit homo
in sabbato ut non solua-tur lex mor-si mihi indignamini
quia totum hominem sanum feci in sabbato. Nolite iudi
care secm faciem. sed iustum iudicium iudicate. Dicebant
ergo quidam ex hierosolymis. Nonne hic est quem quer-
unt interficere. Ecce palam loquitur. et nihil ei dicunt.
Numquid uere cognouerunt principes quia hic est xps.
Sed hunc scimus unde sit. xps autem cum uenerit nemo
scit unde sit. Clamabat ergo docens in templo ihs. et dicens.
Et me scitis. et unde sim scitis. et a me ipso non uenio sed
est uerus qui misit me. quem uos nescitis. Ego scio eum
quia ab ipso sum. et ipse me misit. Querebant ergo eum
apprehendere. et nemo misit in illum manus. quia non
dum uenerat hora eius. De turba autem multi crediderunt
in eum.

## FERIA QUARTA.

In illo tempore. Secundum Johannem.

Preteriens ihs. uidit hominem cecum a natiuitate.
et interrogauerunt eum discipuli sui. Rabbi. quis peccauit hic aut parentes eius. ut cecus nasceretur. Respon

dit ihc. Neque hic peccauit neq parentes eius sed ut
manifestentur opera di in illo. Me oportet operari o
pera eius qui misit me donec dies est. Venit nox quan
do nemo potest operari. Quandiu in mundo sum lux
sum mundi. Hec cum dixisset exspuit in terram et
fecit lutum exspuo et linuit lutum sup oculos eius
et dixit ei. Vade et laua in natatoria siloe quod inter
pretatur missus. Abiit ergo et lauit et uenit uidens. Itaq
uicini et qui uidebant eum prius quia mendicus erat
dicebant. Nonne hic e qui sedebat et mendicabat.
Alii dicebant quia hic e. Alii aute nequaquam sed si
milis est eius. Ille uero dicebat quia ego sum. Dicebant
ergo ei. Quomodo ergo aperti sunt tibi oculi. Respon
dit. Ille homo qui dicitur ihc. lutum fecit et unxit
oculos meos et dixit mihi. Vade ad natatoriam siloe.
et laua. Et abi et laui et uidi. Dixerunt ei. Vbi est
ille. Ait. nescio. Adducunt eum ad pharisaeos. qui ceci
fuerat. Erat aute sabbatum quando lutum fecit ihc.
et aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum

phariſea· quomodo uidiſſet· Ille autem dixit eſ· Linum
poſuit mihi ſup oculoſ· & lau· et uideo· Dicebant ergo
exphariſeis quidam· Homo ſ hic homo adō· qui ſabbatū
non cuſtodit· Alii dicebant· Quomodo poteſt homo pc
catōr hec ſigna facere· Et ſciſma erat inteſ· Dicunt ergo
cæco iterum· Tu quid dicis de eo qui aperuit oculoſ tuoſ·
Ille autē dixit quia pphēta ē· Non credid̄erunt ergo
iudei de illo quia cecus fuiſſet & uidiſſet· donec uocaue
runt parentes eius qui uiderat & interrogauerunt eos
dicentes· Hic ē filius uſ· quē uos dicitis quia cecus natus
eſt· quomodo ergo nunc uidet· Respōderunt eſ parentes
eius· & dixerunt· Scimus quia hic ē filius nr· & quia
cecus natus ē· Quomodo autē nunc uideat nescimus·
aut quis eius aperuit oculos nescimus· Ipſum interroga
ætatē habet· ipſe de ſe loquatur· Hec dixerunt parentes ei·
quia timebant iudeos· Iam enim conſpirauerant iudei·
ut ſi quis eum confiteretur· xp̄m extra ſinagogam fiat·
Propterea dixerunt parentes eius quia ætatem habet
ipſum interrogate· Vocauerunt ergo rurſum hominē

qui fuerat cecus. et dixerunt ei. Da gloriam deo. Nos scimus. quia hic homo peccator est. Dixit ergo ille. Si peccator est nescio. unum scio. quia cecus cum essem modo uideo. Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi. quomodo aperuit tibi oculos. Respondit eis. Dixi uobis. iam et audistis. Quid iterum uultis audire. Numquid et uos uultis discipuli eius fieri. Maledixerunt ei. et dixerunt. Tu discipulus illius sis. nos autem moysi discipuli sumus. Nos scimus. quia moysi locutus est deus. Hunc autem nescimus unde sit. Respondit ille homo et dixit eis. In hoc enim mirabile est. quia uos nescitis unde sit et aperuit meos oculos Scimus autem. quia peccatores deus non audit. Sed si quis dei cultor est. et uoluntatem eius facit hunc exaudit. A seculo non est auditum. quia quis aperuit oculos ceci nati. nisi esset hic homo a deo. non poterat facere quicquam. Dixerunt ergo ei. In peccatis natus es totus. et tu doces nos. Et eiecerunt eum foras. Audiuit ihc quia eiecerunt eum foras. et cum inuenisset eum dixit ei. Tu credis in filium dei. Respondit ille. et dixit Quis est domine ut credam in eum. Et dixit ei ihc. Et tu

Idistis eum · et quiloquitur tecum ipse est. Et ille ait credo dñe. Et procidens adorauit eum. FERIA·V· ℔ illo tempore. SCD̄M LVCAM. Ibat ihc in ciuitatem que uocatur nain et ibant cum illo discipuli eius et turba copiosa. Cum autem appropinquaret porte ciuitatis: ecce defunctus efferebatur filius unicus matris sue. Et hec uidua erat · et turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum uidisset dñs misericordia motus sup illam dixit illi. Noli flere. Et accessit et tetigit locultum. Hi autem qui portabant steterūt Et ait. Adolescens tibi dico surge. Et resedit qui erat mortuus et cepit loqui · et dedit illum matri sue. Accepit autē omēs timor · et magnificabant dñm dicentes: Quia ppheta magnus surrexit in nobis · et quia dīs uisitauit plebem suam. FERIA ·VI· SCD̄M. ℔ illo tempore. IOHANNEM Erat quidam languens lazarus a bethania · de castello marie et marthe sororis eius. Maria autem erat que unxit dñm unguento · et extersit pedes eius capillis sus-

cui hat̃ lazarus infirmabatur. Misérum ergo sórores eius ad
eum dicentes: dñe. ecce quem amas: infirmatur. Audiens
autem ihc. dixit eis: infirmitas hec non ẽ ad mortem.
sed pgloria dei ut glorificetur filius dei peam. Diligebat aũt
ihc marthan. et sórorem eius mariam et lazarum. Vt
ergo audiuit quia infirmabat̃. tunc quidem mansit in
eodem loco duob; dieb; Deinde post hec. dixit discipulis
suis. Eamus in iudeam iterum. Dicunt ei discipuli. Rabbi
nunc querebant te iudei lapidare. et iterum uadis illuc.
Respondit ihc. Nonne. duodecim hore sunt diei. Si quis
ambulauerit in die non offendit. quia lucem hui' mundi
di uidet. Si autẽ ambulauerit nocte offendit. quia lux
non est in eo. Hec aut. et post hec dicit eis. Lazarus amicus
dormit. sed uado ut a somno exsuscitem eum. Dixerunt
ergo discipuli eius. dñe. si dormit. saluus erit. Dixerat
autem ihc de morte eius. illi aut̃ putauerunt quia de
dormitione somni diceret. Tunc ergo. dixit eis ihc ma
nifeste. Lazarus mortuus ẽ. et gaudeo ppter uos ut cre
datis quo non eram ibi. sed eamus ad eum. Dixit ergo

thomas qui dicit̄ didimus· adcondiscipulos· Eamus &
nos· ut moriamur cumeo· Venit ergo ihc· et inuenit eū
quatuor dies iam in monumento habentem· Erat autē
bethania uxta hierosolimam· quasi stadios quindecim·
Multi autē exiudeis uenerant admarthan et mariam·
ut consolarentur eas de fratre suo· Martha ergo ut audiuit
quia ihc̄ uenit· occurrit illi· Maria autē· domi sedebat·
Dixit ergo martha ad ihm· Dn̄e· si fuisses hic· frater meus
non fuisset mortuus· Sed et nunc scio· quia quecumq
poposceris ab· dabit tibi ds· Dicit illi ihc̄· Resurget frater
tuus· Dicit ei martha· Scio quia resurget in resurrectione
in nouissimo die· Dicit ei ihc Ego sum resurrectio et uita·
qui credit in me· etiam si mortuus fuerit uiuet· Et omis
qui uiuit et credit in me· non morietur in eternum·
Credis hoc· ait illi· Utiq dn̄e· Ego credidi quia tues xpc
filius di· qui in hunc mundum uenisti· Et cum hec
dixisset· abiit et uocauit mariam sororem suam silen
cio dicens· Magister· adest et uocat te· Illa autē ut au
diuit surgit cito· et uenit ad eum· Nondum enim

uenerat ihc̄ meastellum·sederat adhuc millo loco ubi oc
curerat a martha·iuda igitur qui erant cum ea indo
mo & consolabantur eā·cum uidissent mariam quia
cito surrexit & exiit secutum eam dicentes·Quia uadit
admonumentum·ut ploret ibi·Maria ergo cum uenis
set ubi erat ihc·uidens eum cecidit adpedes eius & dixē
ei·Dnē·si fuisses hic·non esset mortuus frat meus·ihc̄ ergo
ut uidit eam plorantē·& udeos qui uenerant cum ea
plorantes·fremuit spū·& turbauit seipsum & dixit·
Ubi posuistis eum·Dicunt ei·Dnē·ueni & uide·Et lacri
mauitē ihc·Dixerunt ergo iudei·Ecce·quomodo
amabat eum·Quidam autē·dixerunt exipsis·Nonpoterat
hic qui aperuit oculos ceci facere ut & hic non moreret·
Ihc̄ ergo rursum fremens insemet ipsō·uenit admonu
mentum·Erat autē spelunca·& lapis supra positus erat
ei·Ait ihc̄·Tollite lapidem·Dicit ei martha·soror eius
qui mortuus fuerat·Dnē iam fetet·quatriduanus enī
est·Dicit ei ihc̄·Nonne dixi tibi quōsi credideris uidebis
gtam di·Tulerunt ergo lapidem·Ihc̄ autē eleuauit

sursum oculis· dixit· Pater· gr̃as ago tibi· quõ audisti·
me· Ego autem sciebam· quia semp me audis· Sed
ppter populum qui circumstat dixi· ut credant quia
tu me misisti· Hec cum dixisset· voce magna clama
uit· Lazare· ueni foras· Et statim pdiit qui fuerat
mortuus· ligatis pedes et manus institas· et facies illius
sudario erat ligata· Dicit eis ihc· Soluite eum· et si
nite abire· Multi ergo ex iudeis qui uenerant ad ma
riam· et uiderant que fecit ihc· et crediderunt in eũ·
In illo tempore· Sabb̃o scõ ℣ Iohañe·
Dicebat ihc turbis iudeorum· Ego sum lux mundi·
Qui sequitur me· non ambulabit in tenebris· sed ha
bit lumen uite· Dixerunt pharisei· Tu de te ipso tes
timonium perhibes· testimonium tuum non est ue
rum· Respondit ihc et dixit eis· Et si ego testimoniũ
phibeo de me ipso· uerum ẽ testimonium meum·
quia scio unde ueni et quo uado· Vos autem nescitis
unde ueniam· aut quo uadam· Vos secm carnem iudi
catis· ego non iudico quemquam· Et si iudico ego·

udicium meum uerum est. quia solus non sum sed ego
& qui misit me pater. Et in lege uā scriptū est. quia du
orum hominum testimonium uerum ē. Ego sum qui
testimonium phibeo de me ipso. & testimonium phibet
de me qui misit me pater. Dicebant ergo ei. Vbi est pat̄
tuus. Respondit ih̄c. Neq; me scitis. neq; patrem meum.
Si me sciretis forsitan & patrem meum sciretis. Hęc uerba
Illocutus est ih̄c in gazofilacio. docens in templo. Et nemo
apprehendit eum. quia nondum uenerat hora eius.
HILLO TEMPORE. DOM̄. V. SCḆM
Dicebat ih̄c turbis iudeorum. & IOHANNE
principib; sacerdotum. Quis ex uobis arguet me de pec
cato. Si ueritatem dico. quare uos non creditis mihi. Qui
est ex dō uerba dei audit. Propterea uos non auditis. quia
ex dō non estis. Responderunt igitur iudei. & dixerunt
ei. Nonne bene dicimus nos quia samaritanus es tu. & dae
monium habes. Respondit ih̄c. Ego demonium non
habeo. sed honorifico patrem meū. & uos inhonorastis me.
Ego aut̄ non quero gl̄am meam. est qui querat & iudica

ministros: venit illuc cum lucernis et facib; et armis. Ihc
aut; sciens omnia que ventura erant sup eum: processit et dic̄
eis: Quem quæritis? Responderunt ei: Ihm nazarenum.
Dicit eis ihc. Ego sum. Stabat autē et iudas qui tradeb.at
eum cum ipsis. Ut ergo dixit eis ego sum. abierunt retror-
sum et ceciderunt in terram. Iterum ergo eos interrogavit
Quem quæritis? Illi autē dixerunt Ihm nazarenum.
Respondit ihc. Dixi vobis quia ego sum. Si ergo me que-
ritis: sinite hos abire. Ut impleretur sermo quem dixit
Quia quos dedisti mihi non perdidi ex eis quemquam.
Simon ergo petrus habens gladium eduxit eum: et per-
cussit pontificis servum. et abscidit auriculam eius
dextram. Erat autem nomen servo malchus. Dixit ergo

ihc petro· Mitte gladium tuaginam· Calicem quem
dedit mihi pater· non bibam illum· Cohors ergo et tribu
nus et ministri iudeorum comprehenderunt ihm et liga
uerunt eum et adduxerunt eum ad annam primū·
Erat enim socer caiphe qui erat pontifex anni illius Erat
autē caiphas qui consilium dederat iudeis quia expedit
unum hominem mori pro populo· Sequebatur autē ihm
simon petrus· et alius discipulus· Discipulus autē ille·
erat notus pontifici· et introuit cum ihu in atrium
pontificis· Petrus autē· stabat ad hostium foris· Exiuit
ergo discipulus alius qui erat notus pontifici· et dixit
ostiarie· et introduxit petrum· Dixit ergo petro ancilla
ostiaria· Numquid et tu ex discipulis es hominis istius·
Dicit ille· Non sum· Stabant autē serui et ministri ad pru
nas· quia frigus erat et calefaciebant se· Erat autē cum
eis et petrus· stans et calefaciens se· Pontifex ergo interro
gabit ihm de discipulis suis· et de doctrina eius· Respon
dit ei ihc· Ego palam locutus sum mundo· ego semper
docui in synagoga et in templo· quo omnes iudei conuenient

& inocculto locutussim nihil. Quidme interrogas. in
terroga vos qui audierum. quidlocutussim ipsi. Ecce
hus cum. quedixerim ego. hec autem cum dixisset. un
assistens ministrorum dedit alapam ihu dicens. Sic respon
des pontifici. Respondit ei ihc. Si male locutussim. testa
monium phibe de malo. Si autem bene. quidmecedis.
Et misit eum annas ligatum. ad caipham pontificem.
Erat autem simon petrus stans et calefaciens se. Dixer
ergo ei. Numquid et tu exdiscipulis eius es. Negauit ille
et dixit. Nonsum. Dicit unus exseruis pontificis cogna
tus eius. cui abscidit petrus auriculam. Nonne ego te
vidi in horto cum illo. Iterum ergo negauit petrus. &
statim gallus cantauit. Adducunt ergo ihm ad caiphan
in pretorium. Erat autem mane. Et ipsi non introierunt in
pretorium. ut non contaminarentur. sed manducarent pasche.
Exiit ergo pilatus ad eos foras. et dixit eis. Quam accusa
tionem defertis adversus hominem hunc. Responderunt
et dixerunt ei. Si non esset hic male factor. non tibi tradi
dissemus eum. Dixit ergo eis pilatus. Accipite eum vos

et secdm legem uxm̄ uidicate cum. Dixerunt ei iudei
Nobis non licet interficere quēquam. Vt sermo ihu impleretur quem dixit significans quamorte esset moriturus.
Introuit ergo iterum in pitorium pilatus et uocauit ihm
et dixit ei. Tu es rex iudeorum? Et respondit ihc. A semetipso hoc dicis? an alii tibi dixerunt de me? Respondit pilat̄
Num quid ego iudeus sum? Gens tua et pontifices tradiderūt
te mihi. Quid fecisti. Respondit ihc. Regnum meum
non ē de hoc mundo. Si ex hoc mundo eēt regnū meū
ministri mei utiq; decertarent. ut non traderer iudeis.
Nunc autē. regnum meum non est hinc. Dixit itaq; ei
pilatus. Ergo rex es tu? respondit ihc. Tu dicis. quia rex sū
ego. Ego in hoc natus sum. et ad hoc uenī in mundum
ut testimonium phibeam ueritati. Omis qui est ex ueritate.
audit meam uocem. Dicit ei pilatus. Quid ē ueritas? Et
cum hoc dixisset. iterum exiit ad iudeos. et dicit eis.
Ego nullam inuenio in eo causam. Est autē consuetudo uobis. ut unum dimittam uobis in pascha. Vultis
ergo dimittam uobis regem iudeorum? Clamauerunt

rursum oēs dicentes. Non hunc sed barrabam. Erat autē
barrabas latro. Tunc ergo appēndit pilatus ihm. et fla
gellauit. Et milites plectentes coronam despinis impo
suerunt capiti eius et uestē purpuream circumdederunt
eum. et uenibant ad eum et dicebant. Aue rex iudeorū
Et dabant ei alapas. Exiit rursum pilatus foras. et dicit
eis. Ecce adduco uobis eum foras. ut cognoscatis quia
in eo nullam causam inuenio. Exiit ergo ihc portans
spineam coronam. et purpureum uestimentum. et dicit
eis. Ecce homo. Cum ergo uidissent eum pontifices &
ministri. clamabant dicentes. Crucifige. crucifige eū.
Dicit eis pilatus. Accipite eum uos et crucifigite. Ego
enim non inuenio in eo causam. Responderunt ei iudei
Nos legem habemus. et secundum legem debet mori.
quia filium dei fecit. Cum ergo audisset pilatus hunc
sermonem magis timuit. Et ingressus ē prētorium iterū.
et dicit ad ihm. Vnde es tu. Ihc autem. respondit non
dedit ei. Dicit ergo ei pilatus. Mihi non loqueris. nescis
quia potestatem habeo crucifigere te et potestatem

habeo dimittere te. Rosp̃ondit ihc. Non haberes potestatem
aduersum me ullam. nisi tibi eĩ datum desup. Propterea qui
tradidit me tibi maius peccatum habet. Et exinde quere-
bat pilatus dimittere eum. Iudei autẽ. clamabant dicentes
Si hunc dimittis. non es amicus cesaris. Omis quise regem facit
contra dicit cesarĩ. Pilatus autẽ cum audisset hos sermones
adduxit foras ihm et sedit pro tribunali in loco qui dicitur
lithostrotos. hebraice autẽ gabatha. Erat autẽ parasceue
paschę hora quasi sexta. Et dicit iudeis. Ecce rex ur̃. Illi
autem clamabant. Tolle tolle. crucifige eum. Dicit eis
pilatus. Regem ur̃m crucifigam. Responderunt pon-
tifices. Non habemus regem. nisi cesarem. Tunc ergo
tradidit eis illum. ut crucifigeretur. Susceperunt autẽ ihm.
et eduxerunt. Et bajulans sibi crucem exiuit in eum
qui dicitur caluarie locum hebraice golgatha ubi eum
crucifixerunt. Et cum eo alios duos hinc et hinc. medium
autem ihm. Scripsit autem et titulum pilatus. et posuit
sup crucem. Erat autẽ scriptum. ihc nazarenus. rex iudeor̃.
Hunc ergo titulum multi legerunt iudeorum. quia ppe

cuitatem erat locus ubi crucifixus ē ihc. Et erat scriptum
hebraice. grece et latine Dicebant ergo pilato. pontifices
iudeorum. Noli scribere rex iudeorum. Sed quia ipse dixit
rex sum iudeorum. Respondit pilatus. Quod scripsi scripsi.
Milites ergo cum crucifixissent eum. acceperunt vestimen
ta eius. et fecerunt quattuor partes. unicuiq; militi partē
et tunicam. Erat autē tunica inconsutilis. desup contexta
ptotum. Dixerunt ergo adinuicem. Non scindamus eam. sed
sortiamur de illa cuius sit. Vt scriptura impleretur dicens.
Partiti sunt vestimenta mea. sibi et in veste mea miserunt
sortem. Et milites quidem hec fecerunt. Stabant autem
iuxta crucem ihu mater eius et soror matris eius maria
cleope. et maria magdalene. Cum vidisset ergo ihc matrē
et discipulum stantem quem diligebat. dicit matri sue.
Mulier. ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo. Ecce mat̄
tua. Et exilla hora. accepit eam discipulus in sua. Postea sci
ens ihc quia iam omnia consummata sunt. ut consummata
retur scriptura dicit. Sicio. Vas ergo positum erat. aceto
plenum. Illi autē spongiam. plenam aceto hyssopo circum

ponentes obtulerunt oi cui. Cum ergo accepisset ihc
acetum. dixit Consummatum ē. Et inclinato capite.
tradidit sp̃m. Iudei ergo quō parasceue erat ut non rema
nerent in cruce corpora sabbato. Erat enim magnus
dies ille sabbati. rogauerunt pilatum ut frangerentur
eorum crura. et tollerentur. Venerunt ergo milites &
primi quidem fregerunt crura et alterius qui crucifix
us ē cum eo. Adihm cum uenissent ut uiderunt eum
iam mortuum non fregerunt eius crura. sed unus militū
lancea latus eius aperuit. et continuo exiuit sanguis &
aqua. Et qui uidit testimonium phibuit. et uerum ē
eius testimonium & ille scit quia uera dicit. ut et uos
credatis. Facta sunt enim hec ut scriptura impleretur.
Os non cōminuetis ex eo. Et uerum alia scriptura dicit.
Videbunt in quem transfixerunt.

Post hec aut̃ rogauit pilatum ioseph abarimathia. eo
quod esset discipulus ihu. occultus autem pp̃ter me
tum iudeorum. ut tolleret corp' ihū. Et p̃misit pilat.
Venit ergo. et tulit corp' ihu. Venit aut̃ et nichodem

qui uenerat adilm̄ nocte primū· ferens mixturam
myrrae et aloes quasi libras centum· Acceperunt ergo
corpus ihu· et liguerunt cum linteis cum aromatibus·
sicut mos est iudeis sepelire· Erat aut̄ in loco ubi cruci
fixus est hortus· et in horto monumentū nouum· in
quo nondum quisquam positus fuerat· Ibi ergo ppter
parasceuen iudeorum· quia iuxta erat monumentū
posuerunt ihm·

IN SCO SABBATO
SCD MAT

ESPE

REXIT BEM
SABBATIQUE
IIS CES CIT
IN PRIMA

Sabbato autem maria magda
lene et altera maria uidere
sepulchrum· Et ecce terre
motus factus est magnus· angls·

enim dñi descendit de celo. & accedens reuoluit lapidē.
& sedebat super eum. Erat autē aspectus eius sicut
fulgur. uestimenta eius sicut nix. Prae timore autē
eius exterriti sunt custodes. & facti sunt uelut mortui;
Respondens autē angls. dixit mulieribs; Nolite timere
uos. Scio enim. quod ihm. qui crucifixus est quaeritis.
non est hic. surrexit enim sicut dixit. Venite et uidete
locum. ubi positus erat dns Et cito euntes dicite dis
cipulis eius. quia surrexit. Et ecce praecedit uos in galilea.
Ibi eum uidebitis. ecce praedixi uobis. SCD MARCV

MARIA MAG
DALENE ET
MARIA IACO
BI ET SALOME
emerunt aromata
ut uenientes ungue
rent ihm. Et ualde
mane una sabbatorum ueniunt ad monumentum.
orto iam sole. Et dicebant ad inuicem. Quis reuolua

nobis lapidem abhostio monumenti. Et respicientes
uiderunt reuolutum lapidem; Erat quippe magnus
Et introeuntes in monumentum uiderunt iuuenem
sedentem ad dextris cooptum stola candida & obstu
puerunt. Quidem illis dixit. Nolite expauescere. Jhm quę
ritis nazarenum crucifixum surrexit non est hic. Ecce
locus ubi posuerunt eum; Sed ite dicite discipulis eius
et petro. quia precedet uos in galileam. Ibi eum uidebitis
sicut dixit uobis. FERIA SECUNDA
HILARITER. SCDO LY CAM.
Duo ex discipulis ibu. ibant ipsa die in castellum
quod erat in spacio stadiorum lx. ab hierusalem no
mine emmaus Et ipsi loquebantur ad inuicem. de his
omib; quę acciderant. Et factum ē dum fabularen
tur et secum quęrerent. et ipse ihc appropinquans.
ibat cum illis. Oculi autem illorum tenebantur
ne eum agnoscerent. Et dixit ad illos. Qui sunt hi
sermones quos confertis ad inuicem ambulantes &
estis tristes. Et respondens unus cui nomen cleophas.

dixit et Cleopolus peregrinus es in hierusalem et non cognouisti que facta sunt in illis diebus? Quibus ille dixit. Que? Et dixerunt. De ihū nazareno qui fuit uir ppheta potens in opere et sermone coram deo & omī populo. Et quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes et principes mī in dampnationem mortis et crucifixerunt eum. Nos autē sperabamus quia ipse esset redempturus israhel. Et nunc super hec omia tercia dies est hodie quod hec facta sunt. Sed et mulieres quidam ex nris terruerunt nos que ante lucem fuerī ad monumentum. Et non inuento corpore eius uenerunt dicentes se uisionem angelorum uidisse qui dicunt eum uiuere. Et abierunt quidam ex nris ad monumentum. et ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt. Ipsum uero non inuenerunt. Et ipse dixit ad eos. O stulti et tardi corde ad credendum in omīb; que locuti sunt ppheteę. Nonne hec oportuit pati xpm et ita intrare in gl̄am suam. Et incipiens a moyse et omīb; ppheteis interpretabatur illis in omīb; scripturis

quę dicpso eant. Et appropinquauerunt castello quo
ibant. et ipse se finxit longius ire. Et coegerunt
illum dicentes. Mane nobiscum quo adhespescit
& inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis. et fac
tum est dum recumberet cum illis accepit panem &
benedixit ac fregit. et porrigebat illis. Et aperti sunt
oculi eorum. et cognouerunt eum. Et ipse euanuit
ab oculis eorum. Et dixerunt ad inuicem. Nonne cor
nr̄m ardens erat in nobis dum loqueretur nobis in via
et aperiret nobis scripturas. Et surgentes eadem hora
regressi sunt in hierusalem. et inuenerunt congregatos
undecim et eos qui cum ipsis erant dicentes. Quod
surrexit dns uere et apparuit simoni. Et ipsi narra
bant quęcunque gesta erant in via. et quomodo cognouerunt
eum in fractione panis. FERIA TERTIA.
IN illo tempore. Sc̄o. ly euo.
Stans ihc in medio discipulorum suorum. & dixit
eis. Pax uobis. Ego sum nolite timere. Conturbati
uero et conterriti. existimabant se uisum uidere.

clm.
11327

Et dixit eis: Quid turbati estis: et cogitationes ascendunt
in corda ura? Videte manus meas et pedes meos: quia
ipse ego: palpate et videte: quia spūs carnem et ossa non
habet sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset: ostendit eis manus et pedes: Adhuc autem illis non credentibus
et mirantibus: pre gaudio dixit: Habetis hic aliquid quod
manducetur? At illi obtulerunt partem piscis assi et
favum mellis. Et cum manducasset coram eis: sumens
reliquias dedit eis. Et dixit ad eos: Hec sunt verba que
locutus sum ad vos: cum adhuc essem vobiscum: quōniam
esse ōmpleri omnia que scripta sunt in lege moysi et pro
phetis et psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum ut in
telligerent scripturas. Et dixit eis: Quōniam sic scriptum est:
et sic oportebat pati xpm et resurgere a mortuis die ter
cia. Et predicare in nomine eius penitentiam et remissio
nem peccatorum in omnes gentes. FERIA QUARTA
IN ILLO TEMPORE. SCD. IOHANNEM.
Manifestum se hic admare tiberiadis: manifestum
autem sic. Erant autē simul simon petrus et thomas

qndicitur didimus· & nathanahel qui erat a cana
galilee· et filii zebedei· et alii ex discipulis eius duo· Dicit
eis· symon petrus· Vado piscari· Dicunt ei· Venimus & nos
tecum· Et exierunt et ascenderunt in nauim· et illa nocte
nihil prendiderunt· Mane autē iam facto· stetit ihc in
litore· nomamen cognouerunt discipuli· quia ihc est·
Dicit ergo eis ihc· Pueri numquid pulmentarium habe-
tis· Responderunt ei· Non· Dicit eis· Mittite in dexteram
nauigii· et inuenietis· Miserunt ergo et· iam non
ualebant illud trahere· p̄ multitudine piscium· Dicit
ergo discipulus ille quem diligebat ihc petro· Dns̄ est· Sy-
mon petrus cum audisset quia dns̄ est· tunica succinxit
se erat enim nudus· et misit se in mare· Alii autē dis
cipli· naui(gio) uenerunt· Non enim longe erat a terra·
sed quasi cubitis ducentis trahentes rete piscium· Vt aut̄
descenderunt in terram· uiderunt prunas positas· et pis-
cē· sup positum et panem· Dicit eis ihc· Afferte de pisc(ib)·
quos prendidistis nunc· Ascendit sy-mon petrus· &
traxit rete in terram plenum magnis pisc(ib)· centum

quinquaginta tribus. Et cum tanta esset non est
fassum rei. Dicit ei ihc. Ventre prandere. Et nemo
audebat discumbentium interrogare eum. tu quis es.
scientes quia dñs est. Et uenit ihc. et accepit panem
et dat eis. & piscem similiter. Hoc iam tertio manifesta
tus est ihc discipulis suis. cum resurrexisset a mortuis.

HILLO TEMPR. FERIA V.

IMaria stabat ad monumentum. S̄c̄d. Iohann̄.
foris. plorans. Dum ergo fleret inclinauit se. et prospexit
in monumentum. Et uidit duos angelos in albis
sedentes. unum ad caput. et unum ad pedes. ubi positum
fuerat corpus ihu. Dicunt illi. Mulier. quid plorat. dic̄
ei. Quia tulerunt dn̄m meum. et nescio ubi posuerunt
eum. Hęc cum dixisset. conuersa ē retrorsum. et uidit
dm̄ stantem. et non sciebat quia ihc̄ est. Dicit ei ihc̄.
Mulier. quid plorat. quem queris. Illa existimans
quia hortulanus esset. dicit ei. Dn̄e si tu sustulisti eum.
dicito mihi ubi posuisti eum et ego eum tollam. Dicit
ei ihc. Maria. conuersa illa. dicit ei. Rabboni.

quoddicitur magiſter: Dicit ei ihc· Noli me tangere·
nondum aſcendi adpatrem meum· Vade adfratreſmeos·
et dic eis: Aſcendo adpatrem meum· et patrem ur̄m·
dn̄m meum· et dn̄m ur̄m· Venit maria magdalena an
nunciansdiſcipulis: quia uidi dn̄m· et hęc dixit mihi·
ILLO TEMPORE· FERIA VI· SCD·
Vndecim diſcipuli abierunt ingalileam MT VM·
in montem· ubi conſtituerat illis ihc· Et uidentes eū·
adorauerunt· Quidam autem dubitauerunt· Et ac
cedens ihc· locutus eſt eis dicens: Data eſt mihi omīs po
teſtas· incelo et interra· Euntes ergo docete omīs gentes·
baptizantes eos innomine patris et filii et ſpūs ſcī· Docen
tes eos ſeruare omīa quecumque mandaui uobis· Et
ecce ego uobiscum ſum omīb; dieb; uſq; adconſum
mationem ſcli· SABBATO·
HILLO TEMPORE· SCD· IOH NEM·
Cna ſabbati maria magdalene uenit mane cum ad
huc tenebre eſſent admonumentum· et uidit lapide
ſublatum amonumento· Cucurrit ergo et uenit ad

adimonē petrum et adalium discipulum quem ama
bat ihc et dicit eis· Tulerunt dnm̄ de monumento· et
nescimus ubi posuerunt eum· Exiit petrus et ille alius
discipulus· et uenerunt admonumentum· Current
duo simul· et ille alius discipulus p̄cucurrit citius petro
et uenit primus admonumentum· Et cum se inclinasset·
uidit posita limbamina· nontamen introiuit Venit ergo
sim̄on petrus sequens eum· & introiuit in monumentum·
Et uidit limteamina posita· et sudarium quod fuerat sup
caput eius non cum limteaminib; positum· sed separatim
involutum in unum locum· Tunc ergo introiuit & ille
discipulus qui uenerat primus admonumentum· et vi
dit et credidit· Non dum enim sciebant scripturam· q̄a
oportuerat eum· a mortuis resurgere· DNC OCT PASC·
HILLOTEMPORE· SCD· IOHANNEM·
Cum esset sero die illa una sabbatorum & fores essent
clause ubi erant discipuli congregati propter metum
iudeorum· uenit ihc et stetit in medio et dicit eis· Pax uob.
Et cum hoc dixisset· ostendit eis manus et latus· Gauisi

ſum ergo diſcipuli·ille dñō·Dixit ergo eſ reliqui·Pax
uobiſ·Sicut miſit me pat̄·et ego mitto uos·Hoc cum dix
iſſet·inſufflauit et dicit eis·Accipite ſpm̄ ſcm̄·Quorum re
miſeritis peccata·remittuntur eis·Et quorum reti
neritis·retenta ſunt·Thomas autem unus exduodecim qui dicitur
didimus·non erat cum eis quando uenit ihc·Dixerunt
ergo ei alii discipuli·Uidimus dnm̄·Ille aut̄ dixit eis·
Niſi uidero in manib; eius fixuram clauorum·et mittam
digitum meum in locum̄ clauorum et mittam manū
meam in latus eius non credam·Et poſt dies octo·ueru
erant discipuli eius intus et thomas cum eis·Uenit ihc
ianuis clauſis·et ſtetit in medio et dixit·Pax uobis·De
inde dicit thome·Infer digitum tuum huc·et uide
manus meas·et affer manum tuam et mitte in latus
meum·et noli ee incredulus ſed fidelis·Reſpondit tho
mas·et dixit ei·Dns meus·et ds meus·Dicit ei ihc·Quia
uidiſti me credidiſti·beati qui non uiderunt·et cre
diderunt·Multa quidem et alia ſigna fecit ihc in con
ſpectu discipulorum ſuorum·que non ſunt ſcripta

In libro hoc. Haec autē scripta sunt ut credatis quia ihc est filius di. Et ut credentes uitam habeatis in nomine eius. FERIA. IIII.
HILLO TEMPORE. SCD. MARCV.
Surgens ihc mane prima sabbati apparuit primo marię magdalenę. de qua eiecerat septem demonia. Illa uadens nunciauit his qui cum eo erant lugentib. et flentib. Et illi audientes quia uiuere et uisus esset ab ea non crediderunt. Post haec autē duob. ex his ambulantib. ostensus ē in alia effigie eis ambulantib. mulla. Et illi euntes nunciauerunt ceteris. FERIA. VI.
HILLO TEMPORE. SCD MATHEV
Exeuntes mulieres de monumento. cum timore & gaudio magno. currentes nunciare discipulis eius. Et ecce ihc occurrit illis dicens. Auete Illę autem ac cesserunt et tenuerunt pedes eius et adorauerunt. Tunc ait illis ihc Nolite timere. ite nunciate fratrib. meis ut eam in galileam. ibi me uidebunt. Quidam abierunt. ecce quidam de custodib. uenerunt in ciui

tatem· et nunciauerunt principib; sacerdotum omĩa
que facta fuerant· Et congregatu cum senioribꝫ· con
silio accepto pecuniam copiosam dederunt militib;
dicentes: Dicite quia discipuli eius nocte
uenerunt et furatisunt cum nobis dor mientib;
Et siboc auditum fuerit apĩde· nos sua defendimus et·
securos uos faciemus: At illi accepta pecunia· fecerunt
sicut erant docti· Et diuulgatum est uerbum istud
apud iudeos· usq; inhodiernum diem· DŌMI·PŌCT·
HILLO TEMPORE· SCD· IOHANNE
Diant ihc discipulis suis: Egosum pastor bonus: Bonus
pastor· animam suam dat pouib; suis· Mercenarius
et qui non est pastor· cui nonsunt oues ppie uidet
lupum uenientem· et dimittit oues et fugit· Et lupus
rapit· et dispgit oues· Mercenarius autē fugit quia
mercenarius est et non pertinet ad eum de oub·
Egosum pastor bonus· Et cognosco meas· et cognoscunt
me mee· Sicut nouit me pater et ego agnosco patrē
et animam meam pono pouibus meis· Et alias oues

habeo quę non sunt exhoc ouili et illas oportet me
adducere· et uocem meam audient· Et fiet unum ouile·
et unus pastor· FERIA QUARTA·
ℍ illo tē · SCD IN CAM ·
Cnasab bam ualde diluculo uenerunt mul
ieres admonumentum· portantes quepararuerunt
aromata· et inuenerunt lapidem reuolutum amo
numento· Et ingresse· non inuenerunt corpus dñi
hū· Et factum est dum mente consternate· essent
deisto· ecce duo uiri steterunt secus illas in ueste· ful
gente· Cumtimerent autem et declinarent uultum
in terram· dixerunt adillas· Quidquerritis uiuentem
cum mortuis· non ē hic· sedsurrexit· Recordamini
qualiter locutus ē uobis· cum adhuc ingalilea esset di
cens· Quia oportet filiū hominis tradi inmanus hom
num peccatorum et crucifigi· et die tertia resurge· Et
recordate sunt uerboru eius· et regresse amonumento
nunciauerunt hęc omia illisundecim et ceteris omib;
Erat autē maria magdalena· et iohanna et maria iacobi

& ceteri qui cum eis erant · qui dicebant ad apostolos hęc
Et ipsi sum ante illos sicut deus mentum uerba ista ·
et non credebant illis · Petrus autē surgens cucurrit ad
monumentum · et prumbens uidit linthamina sola posita
Et abiit secum mirans · quod factum fuerat · FERIA VI ·
IN LETANIA MAIORE · SEQ · S · F · S EC MATHEI ·
Accesserunt ad eum discipuli iohannis dicentes · Quare
et nos et pharisei ieiunamus frequenter · discipuli autem
tui non ieiunant · Et ait illis sic · Num quid possunt
filii sponsi ieiunare quam diu cum illis est sponsus · Ve
nient autē dies cum auferetur ab eis sponsus · et tunc ieiuna
bunt · Nemo autem immittit commissuram panni rudis ·
in uestimentum uetus · Tollit enim plenitudinem eius
a uestimento · et peior scissura fit · Neq; mittunt uinum
nouum · in utres ueteres · Alioquin rumpuntur utres &
uinum effundtur · et utres pereunt · Sed uinum nouum
in utres nouos mittunt · et ambo conseruantur ·
IN LETANIA MAIORE · DOM · II · SCD · IOHANNIS ·
Dixit ibi discipulus eius · Modicum eius non uidebitis

me· et iterum modicum et uidebitis me· quia uado ad
patrem· Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicem· Quid
est hoc quod dicit nobis modicum et non uidebitis me
et iterum modicum et uidebitis me quia uado ad patrē·
Dicebant ergo· Quid est hoc quod dicit modicum· Nescimus
quid loquitur· Cognouit autem ihc quia uolebant eum
interrogare· et dixit eis· De hoc queritis inuicem· quia dixi
modicum et non uidebitis me· et iterum modicum et
uidebitis me· Amen amen dico uobis· quia plorabitis et
flebitis uos mundus autē gaudebit· Vos autē contristabi
mini sed tristicia ura uertetur in gaudium· Mulier cum
parit tristiciam habet· quia uenit hora eius· Cum autē
pepererit puerum iam non meminit pressure· propter gaudium
quia natus ē homo in mundum· Et uos igitur· nunc
quidem tristiciam habetis· iterum autē uidebo uos· et
gaudebit cor uestrum· Et gaudium uestrum· nemo tollet uobis·

In illo tempore· FERIA · IIII · SCD·
Facta est quedam dedicatio in hierusalem· et hiemps erat·
et ambulabat ihc in templo in porticu salomonis· Circum-
dederunt ergo eum iudei et dicebant ei· Quousque animam
nostram tollis· Si tu es christus dic nobis palam· Respondit
eis ihc· Loquor uobis et non creditis· Opera que ego facio
in nomine patris mei hec testimonium perhibent de me·
sed uos non creditis quia non estis ex ouibus meis· sicut
dixi uobis· Oues mee uocem meam audiunt· et ego cognosco
eas· et sequuntur me· et ego uitam eternam do eis· et non
peribunt in eternum· et non rapiet quis eas de manu mea·
Pater meus quod dedit mihi maius omnibus est· et nemo
potest rapere de manu patris mei· Ego et pater unum sumus·
Sustulerunt ergo lapides iudei ut lapidarent eum· Respondit
eis ihc· Multa opera bona ostendi uobis ex patre meo· propter
quod eorum opus me lapidatis· Responderunt ei iudei dicentes·
De bono opere non lapidamus te· sed de blasphemia· et quia
tu homo cum sis facis te ipsum deum· Respondit eis ihc·
Nonne scriptum est in lege uestra· quia ego dixi dii estis·
Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est· et non potest
solui scriptura· quem pater sanctificauit et misit in mundum·
uos dicitis quia blasphemas· quia dixi filius dei sum· Si non
facio opera patris mei· nolite credere mihi· Si autem facio·
et si mihi non uultis credere· operibus credite· ut cognoscatis
et credatis quia pater in me est· et ego in patre· Quesie-
runt ergo eum apprehendere· et exiit de manibus eorum·
Et abiit iterum trans iordanem in locum ubi erat iohannes
cum uidet depurificatione· et uenerunt ad iohannem

& dixerunt ei Rabbi· qui erat tecum trans iordanē cui
tu testimonium phibuisti· ecce baptizat et oēs uenūt
ad eum· Respondit iohannes et dixit· Non potest homo
accipere quicquā· nisi fuerit ei datum de cęlo; Ipsi uos
mihi testimonium phibetis· quod dixerim ego non sum
xp̄s· sed quod missus sum ante illum· Qui habet sponsam·
sponsus ē· Amicus aut̄ sponsi qui stat et audit eum gau
dio gaudet ꝓpter uocem sponsi· Hoc ergo gaudium meū
impletum ē· Illum oportet crescere· me aut̄ minui·
Qui desursum uenit· supra oēs est· Qui est de tra· de tra ē·
et de terra loquitur· Qui de cęlo uenit· sup oēs ē· Et qđ
uidit et audiuit hoc testatur· et testimonium eius nemo
accipit· Qui accepit testimoniū ei· signauit quia dr̄s ex
ē· Quem enim misit dr̄s uerba di loquitur· Non enim ad
mensuram· dat dr̄s sp̄m· Pater diligit filium· et oīa de
dit in manus eius· Qui credit in filium di· habet uitam
Qui aut̄ incredulus ē filio di non uidebit uitam sed
ira di· manet sup eum· F̄ER· VI· S̄CD lo· ℔·
HILLARIVM PORR· Ego sum lux mundi·

Ego lux in mundum uen· ut omis quicredit in me·
in tenebris non maneat· Sed si quis audierit uerba mea
et custodierit· ego non iudico eum· Non enim uen ut
iudicem mundum· sed ut saluificem mundum· Qui
spernit me et non accipit uerba mea· habet qui iudicet
eum· Sermo quem locutus sum· ille iudicabit eum in no
uissimo die· quia ego a me ipso non sum locutus· Sed qui
misit me pater· ipse mihi mandatum dedit· quid dicam
et quid loquar· Et scio quia mandatum eius uita eter
na est· Quę ergo ego loquor· sicut dixit mihi pater· sic loquor·

In illo tempore· In pascha anno tina·
Erat homo ex phariseis sc̄d Iohan ne·
chodemus nomine· princeps iudeorum· hic uenit ad
ih̄m nocte· et dixit ei· Rabbi· scimus quia a deo uenisti
magister· Nemo enim potest hęc signa facere· que tu facis·
nisi fuerit d̄s cum eo· Respondit ih̄s· et dixit ei· Amen
amen dico tibi· nisi quis natus fuerit denuo· non potest
uidere· regnum d̄i· Dicit a deum nichodemus· Quomodo
potest homo nasci· cum sit senex· Numquid potest iuentre

matris suę utrum introire et nasci. Respondit ihc. Amen
amen dico tibi. nisi quis renatus fuerit ex aqua et spū non
potest introire in regnum di. Quod natum ex carne
caro est. Et quod natum ē ex spū. spūs est. Non mireris quia
dixi tibi. oportet uos nasci denuo. Spūs ubi uult spirat. &
uocem eius audis. sed non scis unde ueniat & quo uadat
Sic ē omis qui natus ē ex spū. Respondit nichodemus. &
dixit ei. Quomodo possunt hec fieri. Respondit ihc. Tu es magister in israhel. et hec ignoras. Amen
amen dico tibi. quia quod scimus loquimur et quod
uidimus testamur. et testimonium nrm non accipitis.
Si terrena dixi uobis et non creditis. quomodo si dixero
uobis celestia credetis. Et nemo ascendit in celum nisi
qui descendit de cęlo. filius hominis qui ē in cęlo. Et sic
mo. ses exaltauit serpentē in deserto. ita exaltari oportet
filium hominis. Ut omis qui credit in ipso non pereat sed
habeat uitam eternam. NAT VITALIS MARTIRIS
HILLO TEMPORE. SCDM IOHANN HEM.
Dixit ihc discipulis suis. Ego sum uitis uera. et pater mis
agricola ē. Omnē palmitē in me non ferentem fructum.

tollet eum· Et omnem qui fert fructum· purgabit eū·
ut fructum plus afferat· Iam uos mundi estis· propter sermo
nem quem locutus sum uobis· Manete· in me· et ego in
uobis; Sicut palmes non potest ferre fructum nisi man
serit in uite· sic nec uos nisi in me manseritis· Ego sum
uitis· uos palmites; qui manet in me· et ego in eo· hic fert
fructum multum· quia sine me nihil potestis facere·
Si quis in me non manserit· mittetur foras sicut palmes
et arescet et colligent eum et in ignem mittent et ardet
Si manseritis in me et uerba mea in uobis manserint
quodcumq; uolueritis petetis et fiet uobis· IOHANNE·
N illo tempore· NAT· PHILIPPI· & IACOBI· SCD
Dixit ihc discipulis suis· Non turbetur cor uestrum· neq;
formidet· Creditis in dm· et in me credite· In domo patris
mei· mansiones multe sunt· Si quominus dixissem uob·
quia uado parare uobis locum· Et si abiero et pparauero
uobis locum· iterum uenio et accipiam uos ad me
ipsum· Vt ubi sum ego· et uos sitis· Et quo ego uado scitis·
et uiam scitis· Dicit ei thomas· Dne· nescimus quo uadis·

Et quomodo possumus uiam scire. Dicit ei ihc. Ego sum
via. et ueritas et uita. Nemo uenit ad patrē nisi per me.
Si cognouissetis me. et patrem utiq cognouissetis. Et
amodo cognoscetis eum. et uidistis eum. Dicit ei philip
pus. Dne ostende nobis patrem. et sufficit nobis. Dicit
ei ihc. Tanto tempore uobiscum sum. et non cognouisti
me philippe. Qui uidet me. uidet et patrem. Quomo
do tu dicis ostende nobis patrem. Non credis quia ego
in patre et pater in me est. Alioquin propter opera ipsa cre
dite. Amen amen dico uobis. qui credit in me. opera
que ego facio et ipse faciet. et maiora horum faciet. quia
ego uado ad patrem. Et quodcumq; petieritis patrem
in nomine meo hoc faciam. DOM. III.
In illo tempore. SCDM IOHANNEM.
Dixit ihs discipulis suis. Vado ad eum qui misit
me. nemo ex uobis interrogat me. quo uadis. Sed quia
hec locutus sum uobis. tristicia impleuit cor uram. Sed
ego ueritatem dico uobis. Expedit uobis ut ego uadam.
Si enim non abiero. paraclitus non ueniet ad uos. Si aut

abiero mittam eum ad uos. Et cum uenerit ille arguet
mundum de peccato et de iustitia et de iudicio. De peccato
quidem quia non credunt in me. De iustitia uero quia
ad patrem uado et iam non uidebitis me. De iudicio
autem quia princeps mundi huius iudicatus est. Adhuc
multa habeo uobis dicere sed non potestis portare modo.
Cum autem uenerit ille spūs ueritatis docebit uos omnē
ueritatem. Non enim loquetur a semet ipso sed quecumq;
audiet loquetur et quę uentura sunt annunciabit uobis.
Ille me clarificabit quia de meo accipiet et annunciabit
uobis. FR̄. IIII. SCD̄M IOHANNEM.
In illo tempore. Respiciens ihc̄ in discipulos suos
dixit. Pater sce̅ serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi
ut sint unum sicut et nos. Cum essem cum eis ego serua
bam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi custodiui.
et nemo ex his perijt nisi filius pditionis ut scriptura
impleatur. Nunc aut̄ ad te uenio et hęc loquor in mun
do ut habeant gaudium meum impletum in semet ipsis.
Ego dedi eis sermonem tuum et mundus odio eos

habuit qua non sum demundo· sicut et ego non sum
demundo; Non rogo ut tollas eos demundo· sed ut serues
eos a malo· Demundo non sunt· sicut et ego non sum de
mundo; Scifica eos in ueritate· Sermo tuus ueritas est· Sic
ut me misisti in mundum· et ego misi eos in mundum·
Et pro eis ego scifico meipsum· ut sint et ipsi scificati in ue
ritate· Non pro his autē rogo tantum· sed et pro eis qui credu
turi sunt per uerbum eorū in me· ut omes unum sint· sicut
tu pater in me· et ego in te· ut ipsi in nobis unum sint· ut
mundus credat quia tu me misisti· Et ego claritatem
quam dedisti mihi dedi eis· ut sint unum sicut et nos
unum sumus· Ego in eis et tu in me· ut sint consummati in
unum· Et cognoscat mundus quia tu me misisti· et
dilexisti eos sicut et me dilexisti· Pater quos dedisti mihi
uolo ut ubi sum ego et illi sint mecum· ut uideant clari
tem meam· quam dedisti mihi· quia dilexisti me ante
constitucionem mundi· Pater iuste· et mundus te non
cognouit· ego autē te cognoui· Et hi cognouerunt
quia tu me misisti· et notum feci eis nomen tuum et notū

Iacam· Vt dilectio qua dilexisti me· in ipsis· et ego
in ipsis· FR̄. VI. SCDM̄. IOHANNEM.
℣ ILLO TEMPORE· Dixit ihc discipulis suis· filioli·
adhuc modicum uobiscum sum· Quereris me· et sic̄
dixi uobis· quo ego uado uos non potestis uenire· Et
uobis dico modo· Mandatum nouum do uobis· ut
diligatis inuicem sicut dilexi uos ut et uos inuicem di
ligatis· In hoc cognoscent oēs quia mei estis discipuli·
si dilectionem habueritis ad inuicem· Dicit ei S̄. mon
petrus· Dne· quo uadis· Respondit ihc· Quo ego uado·
non potes me modo sequi· sequeris autē postea·
℣ ILLO TEMPORE· SABB̄. SCI IOHANNĒ.
Erat homo ex pharisees nicodemus nomine·
℣ ILLO TEMPORE· DOM̄. III. SCI IOHANNĒ.
Dixit ihc discipulis suis· Amen amen dico uobis·
si quid petieritis patrem in nomine· meo dabit uobis·
Vsq modo· non petistis quicquam in nomine· meo·
Petite· et accipietis· ut gaudium uestrum sit plenum· Haec
in prouerbiis locutus sum uobis· Venit hora· cum iam

non in puerbis loquar uobis sed palam de patre meo
annunciabo uobis. Illo die in nomine meo petetis.
Et non dico uobis quia ego rogabo patrem de uobis.
Ipse enim pater amat uos quia uos me amastis et credi
distis quia ado exiui. Exiui a patre et ueni in mun
dum. Iterum relinquo mundum et uado ad patrē.
Dicunt ei discipuli eius. Ecce nunc palam loqueris
et puerbium nullum dicis. Nunc scimus quia scis
omnia et non opus est tibi ut quis te interroget. In hoc
credimus quia ado existi.

In illo tempore. Fer. iii. Scō. Luce

Dixit ihc discipulis suis. Quis eorum habebit amicū
et ibit ad illum media nocte et dicet illi. Amice.
cōmoda mihi tres panes. quō amicus meus uenit de
uia ad me. et non habeo quod ponam ante illum;
Et ille de intus respondens. dicat. Noli mihi molestus
esse. iam clausum est hostium meū. et pueri mei mecū
sunt in cubili. non possum surgere et dare tibi. Et ille
si perseuauerit pulsans. dico uobis. Et si non dabit illi.

surgens ⁊ quod amicus eius sit ꝓpt̃ impbitatem tamen
ei surget et dabit illi quot quot habet necessarios. Et
ego uobis dico. Petite et dabitur uobis. Querite et inuen
etis. Pulsate et aperietur uobis. Omis enim qui petit acci
pit et qui querit inuenit et pulsanti aperietur. Quis aut̃
ex uobis patrem petit p.nem. num quid lapidem dabit
illi. Aut si pisciem petierit ouum. num quid illi scorpionem. Si
ergo uos cum sitis mali nostis bona data dare filiis uris.
Quanto magis pat̃ uester de celo dabit spm̃ bonum petenti
bus se. IHV̄G. ASCENSIONIS D̄NI.
HILLO TEMPORE. SCD̄M IOHANNE.
Subleuans sibi oculis ait; IN SCO DIE
HILLO TEMPORE. SCD̄M MARCVM.
Recumbentib; undecim discipulis apparuit illis ihc &
exprobrauit incredulitatem illorum et duriciam cordis.
Quia his qui uiderant eum resurrexisse non crediderunt.
Et dixit eis. Euntes in mundum uniuersum p̃dicate
euangelium oī creature. Qui crediderit et baptizatus
fuerit saluus erit. Qui uero non crediderit condempnabit;

Signa autem eos qui crediderint· hec sequentur· In nomi
ne meo demonia eicient· linguis loquentur nouis serpen
tes tollent· Et si mortiferum quid biberint· non eis noce
bit· Super egros manus imponent· et bene habebunt· Et dns
quidem ihc post quam locutus est eis· assumptus est in celum
et sedet ad dexteris di· Illi aute profecti predicauerunt ubiq·
dno cooperante et sermonem confirmante· sequentib; signis·

HILLO TEMPORE· DOM. POST ASCENS. SCI. IOH.

Dixit ihc discipulis suis· Cum uenerit paracletus quem
ego mittam uobis a patre spm ueritatis qui a patre procedit
ille testimonium phibebit de me· Et uos testimonium
phibetis· quia ab initio mecum estis· Hec locutus sum uobis·
ut non scandalizemini· absq; synagogis facient uos· Sed uenit
hora· ut omis qui interficit uos arbitretur obsequium se
prestare do· Et hec facient uobis· quia non nouerunt patre
neq; me· Sed hec locutus sum uobis· ut cum uenerit hora
eorum reminiscamini· quia ego dixi uobis·

HILLO TEMPORE· FI. III· SCI. IOHANNIS·

Si manserit in me et uerba mea in uobis manserint· quod

cumq uoluerit perfecta fiet uobis: In hoc clarificatus
est pater meus ut fructum plurimum afferatis: et efficia
mini mei discipuli. Sicut dilexit me pater: et ego
dilexi uos: Manete in dilectione mea. Si precepta mea ser
uaueritis: manebitis in dilectione mea: sicut et ego p̄
cepta patris mei seruaui: et maneo eius in dilectione. Hec
locutus sum uobis: ut gaudium meum in uobis sit: et
gaudium uestrum impletur. FERIA VI.
IN illo tempore: Dixit ihc Sc̄o Iohanni.
discipulis suis: Qui credit in me: non credit in me: sed in
eum qui misit me. Et qui uidet me: uidet eum qui misit
me. Ego lux in mundum uenio: ut omnis qui credit in
me: in tenebris non maneat. Sed si quis audierit uerba
mea: et non custodierit: ego non iudico eum. Non enim
ueni ut iudicem mundum: sed ut saluificem mundu.
Qui spernit me: et non accipit uerba mea: habet qui iudica
eum. Sermo quem locutus sum ille iudicabit eum in no
uissimo die: quia ego ex me ipso non sum locutus. Sed qui m
sit me pat̄: ipse mihi mandatum dedit: quid dicam &

quidloquar· Et scio quia mandatum eius uita etna ē.

QUę ergo ego loquor· sicut dixit mihi pater· sic loquor·

HILLO TEMPORE· SABB· SĆE LUC CAM·

Dixit ihē discipulis suis· Sgo mittam pmissum patris

mei uuos· uos autem sedete incuitate· quo usq; indu

amini uirtute· exalto· Eduxit autē eos foras in bethaniā

et eleuatis manib; suis benedixit eis· Et factum ē dum

benediceret eos recessit ab eis· et ferebatur in celum· Et

ipsi adorantes· regressi sunt in hierusalem cum gaudio

magno· Et erant semper in templo· benedicentes dnm

HILLO TEMPORE· IHVIG PENT· SCD· Ioh·

Dixit ihc discipulis suis· Si diligitis me·

mandata mea seruate· Et ego rogabo patrem meum· &

alium paraclitum dabit uobis ut maneat uobiscum in

eternum· Spm̄ ueritatis quem mundus non potest acci

pere· quia non uidit eum nec scit eum· Vos autē cognos

cetis eum· quia apud uos manebit et in uobis erit;

Non uos relinquam orphanos· uenio ad uos iterum·

Adhuc modicum· et mundus me iam non uidet· Vos

autem uidetis me· quia ego uos uiuetis· In illo die
uos cognoscetis· quia ego in patre meo· et uos in me· et ego
in uobis· Qui habet mandata mea et seruat ea· ille est qui
diligit me· Qui aute diligit me· diligetur a patre meo·
Et ego diligam eum· et manifestabo ei meipsum·
In illo tempore· In die adm· scō Ioh·
Dixit ihc discipulis suis· Si quis diligit me· sermonem
meum seruabit· Et pater meus diliget eum· et ad eum
veniemus· et mansionem apud eum faciemus· Qui non
diligit me· sermones meos non seruat· Et sermonem quē
audistis non est meus· sed eius qui misit me patris· Hec
locutus sum uobis· apud uos manens· Paraclitus autem
spūs scūs quē mittet pater in nomine meo· ille uos do
cebit omia· et suggeret uobis omia quecumq; dixero
uobis· Pacem relinquo uobis· pacem meam do uobis·
Non quomodo mundus dat· ego do uobis· Non turbet
cor uestrum· neq; formidet· Audistis quia dixi uobis· ua
do· et uenio ad uos· Si diligeretis me· gauderetis utique
quia uado ad patrē· quia pater maior me est· Et nunc

dixi uobis priusquam fiat· ut cum factum fuerit credatis:
Iam non multa loquor· uobiscum· Venit enim princeps
mundi huius· et in me· non habet quicquam· Sed ut cognoscat
mundus· quia ego diligo patrem· Et sicut mandatum
dedit mihi pater· sic facio; FERIA ·II·
HILLO TEMPORE· SCDM IOHANNEM.
Dixit ihc discipulis suis· Sic dilexit mundum· ut filium
suum unigenitum daret· ut omis· qui credit in ipso non
pereat· sed habeat uitam etiam· Non enim misit ds filium
suum in mundum ut iudicet mundum· sed ut saluetur
mundus· per ipsum· Qui credit in eum· non iudicatur· Qui aut
non credit iam iudicatus est· quia non credit in nomine
unigeniti filii di· Hoc est aut iudicium· quia lux uenit
in mundum· et dilexerunt homines magis tenebras· quam
lucem· Erant enim eorum mala opera· Omis· enim qui
male agit odit lucem· et non uenit ad lucem· ut non
arguantur· opera eius· Qui autem facit ueritatem· uenit
ad lucem· Vt manifestentur opera eius· quia in deo sunt
facta; FR· III· SCD IOHANNEM.

In illo tempore. Dixit ihc discipulis suis.
Amen amen dico uobis. qui non intrat postium monile
ouium sed ascendit aliunde. ille fur ē et latro. Qui autē
intrat postium. pastor est ouium. Huic hostiarius aperit
et oues uocem eius audiunt. Et ppria oues uocat no
minatim. et educit eas. Et cum pprias oues emiserit an
te eas uadit. et oues illum sequntur quia sciunt uocem
eius. Alienum autem non sequuntur sed fugiunt abeo.
quia non nouerunt uocem alienorum. Hoc puerbium
dixit eis ihc. Illi autem non cognouerunt. quid loqueret
eis. Dixit ergo iterum eis ihc. Amen amen dico uobis.
quia ego sum postium ouium. Oms quot quot uene
runt furesium et latrones: sed non audierunt eos oues.
Ego sum postium. Per me si quis introierit saluabitur.
et ingredietur et egredietur et pascua inuenet. Fur nō
uenit. nisi ut furetur et macet et pdat. Ego uenit ut
uitam habeam. et habundancius habeant.
In illo tempore. Frm. scd Iohannē
Dixit ihc discipulis suis: Nemo potest uenire ad me.

nisi pater qui misit me traxerit eum· et ego resuscitabo
eum nouissimo die· Est scriptum in ppheti· Et
erunt oēs docibiles dī· Oēs qui audiunt a patre &
didicit· uenit ad me· Non quia patrem uidit quisquā·
nisi is qui ē a deo hic uidit patrem· Amen amen dico
uobis· qui credit in me habet uitam etiam· Ego sum
panis uite· Patres uri manducauerunt manna in deserto·
& mortui sunt· Hic ē panis de celo descendens· ut siquis
ex ipso manducauerit non moriatur· Ego sum panis
uiuus· qui de cęlo descendi· Si quis manducauerit ex hoc
pane· uiuet in eternum· Et panis quem ego dabo
caro mea ē pro mundi uita·

In illo tempore· FERIA V.
SCĪ M LVCĀ

Conuocatis ihc duodecim discipulis· dedit illis uirtutē
& potestatem sup oīa demonia· & ut languores curā
rent· Et mittit illos p̄dicare regnum dī· & sanare in
firmos· Et ait ad illos· Nihil tuleritis in uia· neq; uirgā
neq; peram neq; panem neq; pecuniam neq; duas tu
nicas habeatis· Et in quam cunq; domum intraueritis·

ibi manere· et inde nr̄e exeam⁹· Et puluerem pedum
uos· excutite testimonium sup illos· Egressi
autem circuibant p castella euangelizantes· et curantes
ubiq⁹· fr̄. vi scd̄m lvcam·
¶ illo tempore· Electum ē in dierum et ibc
sedebat docens· Et erant pharisei sedentes et legis doctores
qui uenerant exomi castello galileę et iudee et hierusal·
et uirtus dn̄i erat ad sanandum eos· Et ecce uiri portan
tes in lecto hominē qui erat paraliticus· et querebant
eum inferre et ponere ante eum· Et non inuenientes·
qua parte illum inferrent· p turba· ascenderunt super
tectum· et per tegula demiserunt illum cum lecto in
medium ante ihm· Quorum fidem ut uidit dixit· Ho
mo remittuntur tibi peccata tua· Et ceperunt cogitare
scribe et pharisei· dicentes· Quis ē hic qui loquitur blas
phemias· Quis potest dimittere peccata nisi solus d⁹·
Ut cognouit aut ihc cogitationes eorum· Respondens dixit
ad illos· Quid cogitatis in cordib⁹ uris· Quid ē facilius

dicere dimmuntur tibi peccata · aut dicere · surge et ambula ·
Vt sciatis autem quō filius hominis habet potestatem in terra
dimittere peccata · ait paralitico · tibi dico · surge · tolle lectū
tuum · et uade in domum tuam · Et confestim surgens
coram illis · tulit in quo iacebat · et abiit in domum suam
magnificans dm · Et stupor apphendit oēs · et magnifi
cabant dm̄ · Et repleti sunt timore dicentes · quia uidimꝰ
mirabilia hodie ·

IN illo tempore ·

SABBATO
SCŌ̄ MATHEVM ·

Surgens ihc discipulis · secutus est eum · Et factum est
Cum recubaret in domo matthei · ecce multi publicani
et peccatores · conuenerunt simul discumbebant cum
ihu et discipulis eius · Et factum est · cum uidissent
pharisei manducabant cum publicanis et peccatoribus
dicebant discipulis eius · Quare cum publicanis et
peccatoribus manducat magister uester · Quod cum
audisset ihs · ait illis · Non egent qui sani sunt medico
sed qui male habent · Euntes autem discite quid est
misericordiam uolo et non sacrificium · Non enim
uenio uocare iustos sed peccatores · Tunc accesserunt
ad eum discipuli iohannis · dicentes · Quare nos et
pharisei ieiunamus frequenter · discipuli autem tui
non ieiunant · Et ait illis ihs · Numquid possunt filii
sponsi lugere quamdiu cum illis est sponsus · Venient
autem dies cum auferetur ab eis sponsus · et tunc
ieiunabunt · Nemo autem committit figmentum panni
rudis in uestimento ueteri · Tollit enim plenitudinem
eius a uestimento · et peior scissura fit · Neque mittunt
uinum nouum in utres ueteres · alioquin rumpuntur
utres · et uinum effundetur · et utres pereunt · Sed
uinum nouum mittunt in utres nouos · et utraque
conseruantur · Hec illo loquente ad illos · ecce princeps
unus accessit et adorauit eum · dicens · Quia filia mea
modo defuncta est · sed ueni · impone manum tuam
super eam · et uiuet · Et surgens ihs sequebatur eum
et discipuli eius · Et ecce mulier sanguinis que duode
cim annis patiebatur · accessit retro et tetigit fimbriam
uestimenti eius · Dicebat enim intra se · Si tetigero
tantum uestimentum eius · saluabor · At ihs conuersus
et uidens eam dixit · Confide filia · fides tua te saluam
fecit · Et saluata est mulier ex illa hora · Et cum
uenisset ihs in domum principis · et uidisset tibicines
et turbam tumultuantem · dicebat · Recedite · non
enim mortua est puella · sed dormit · Et deridebant
eum · Et cum ejecta fuisset turba · introiuit · et tenuit
manum eius · et surrexit puella · Et exiit fama hec in
uniuersam terram illam · Et transeunti inde ihu
secuti sunt duo ceci · clamantes et dicentes · Miserere
nostri fili dauid · Et cum uenisset in domum accesse
runt ad eum ceci · et dicit eis ihs · Creditis quia hoc
possum facere uobis · Dicunt ei · Utique dm̄ · Tunc
tetigit oculos eorum · dicens · Secundum fidem uestram
fiat uobis · Et aperti sunt oculi eorum · Et comminatus
est illis ihs · dicens · Videte ne quis cognoscat · Illi
autem exeuntes diffamauerunt eum in tota terra illa ·
Ipsis autem exeuntibus · ecce obtulerunt ei hominem
mutum · demonium habentem · Et ejecto demonio
locutus est mutus · Et admirate sunt turbe dicentes ·
Quia non apparuit sic in israhel · Pharisei autem
dicebant · In principe demoniorum ejicit demonia ·
Et circuibat ihs ciuitates omnes et castella · docens in
synagogis eorum · et predicans euangelium regni · et
curans omnem languorem et omnem infirmitatem ·
Videns autem turbas misertus est eis · quia erant
uexati et iacentes sicut oues non habentes pastorem ·
Tunc dicit discipulis suis · Messis quidem multa ·
operarii autem pauci · Rogate ergo dominum messis ·
ut mittat operarios in messem suam · Et conuocatis
duodecim discipulis suis · dedit illis potestatem spirituum
immundorum · ut eiicerent eos · et curarent omnem
languorem et omnem infirmitatem · Nomina autem
duodecim apostolorum sunt hec · Primus simon qui
dicitur petrus · et andreas frater eius · Iacobus zebedei
et iohannes frater eius · Philippus et bartholomeus ·
Thomas et matheus publicanus · Iacobus alphei et
lebeus qui cognominatus est thaddeus · Simon chananeus
et iudas iscariotes · qui et traditor fuit eius · Hos
duodecim misit ihs · precipiens eis dicens · In uiam
gentium ne abieritis · et in ciuitates samaritanorum
ne introieritis · Sed ite potius ad oues que perierunt
domus israhel · Euntes autem predicate dicentes ·
Quia appropinquabit regnum celorum · Infirmos
curate · leprosos mundate · mortuos suscitate · demonia
eiicite · Gratis accepistis · gratis date · Nolite possidere
aurum neque argentum · neque pecuniam in zonis
uestris · non peram in uia · neque duas tunicas · neque
calciamenta · neque uirgam · Dignus enim est operarius
cibo suo · In quamcumque autem ciuitatem aut castellum
intraueritis · interrogate quis in ea dignus sit · et ibi
manete donec exeatis · Intrantes autem domum salutate
eam · Et si fuerit domus illa dignus ueniat pax uestra
super eam · Si autem non fuerit dignus pax uestra ad
uos reuertatur · Et quicumque non receperit uos neque
audierit sermones uestros · exeuntes foras domum aut
ciuitatem illam · excutite pulueres pedum uestrorum ·
Amen dico uobis · tolerabilius erit terre sodomorum et
gomorreorum in die iudicii · quam illi ciuitati · Ecce
ego mitto uos sicut oues in medio luporum · Estote
ergo prudentes sicut serpentes · et simplices sicut
columbe · Cauete autem ab hominibus · Tradent enim
uos in consiliis suis · et in synagogis suis flagellabunt
uos · Et ante presides et reges ducemini propter me ·
in testimonium illis et gentibus · Cum autem tradi
derint uos · nolite cogitare quomodo aut quid loquamini ·
Dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini · Non
enim estis uos qui loquimini · sed spiritus patris uestri
qui loquitur in uobis · Tradet autem frater fratrem in
mortem · et pater filium · et insurgent filii in parentes ·
et morte afficient eos · Et eritis odio omnibus propter
nomen meum · Qui autem perseuerauerit usque in finem
hic saluus erit · Cum autem persecuti fuerint uos in
ciuitate hac · fugite in aliam · Amen dico uobis · non
consummabitis ciuitates israhel · donec ueniat filius
hominis · Non est discipulus super magistrum · neque
seruus super dominum suum · Sufficit discipulo ut sit
sicut magister eius · et seruus sicut dominus eius ·
Si patremfamilias beelzebub uocauerunt · quanto magis
domesticos eius · Ne ergo timueritis eos · Nichil enim
est opertum quod non reuelabitur · et occultum quod
